# De choriambicis graecorum poetarum versibus

Johann Lamer

Digitized by Google

Class H 208.96

Harvard College Library

FROM THE

CONSTANTIUS FUND.

Established by Professor E. A. Sophocles of Harvard
University for "the purchase of Greek and Latin
books, (the ancient classics) or of arabic
books, or of books illustrating or ex-
plaining such Greek, Latin, or
Arabic books." Will,
dated 1880.)

Received 13 July, 1898

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# De choriambicis Graecorum poetarum versibus.

Dissertatio inauguralis

quam

ad summos in philosophia honores

ab amplissimo

philosophorum ordine Lipsiensi

rite impetrandos

conscripsit

**Joannes Lamer**

**Lipsiensis.**

**Lipsiae**

Typis A. Hoffmanni

MDCCCXCVI.

Digitized by Google

Class 4208.96
~~13997.30~~

HARVARD COLLEGE
JUL 13 1898
LIBRARY.

Constantius fund.

Digitized by Google

Ottoni Ribbeck

sacrum.

Digitized by Google

*De versibus choriambicis* mihi scribenti id erat potissimum inquirendum, quae est dissensio eorum qui his rebus operam dedere, qui versus essent choriambici. Quod sic institui. ut primo capite *grammaticorum* de versibus choriambicis eisque, qui his aliquo modo sunt cognati, sententiam exponerem; cui subiunxi alterum, quo quid *recentioribus* inde a Bentleii et Vossii temporibus viris doctis videretur de versibus choriambicis, adumbravi. Tertio denique capite rem conatus sum diiudicare, simulque protuli quae de legibus quas secuti sunt poetae in conscribendis versibus choriambicis, inveni.

---

# Caput I.

## Qui versus sint choriambici e veterum vv. dd. doctrina.

Duas potissimum grammaticorum de re metrica novimus sententias, quarum alteram liceat appellare Varronianam ab eo, quem primum eius patrocinium suscepisse scimus, alteram Hephaestioneam ab eo, qui principalis nobis auctor eius extitit, nomine indito. Insigne vero huius proprium, quod novem *μέτρα πρωτότυπα* statuta sunt, quorum unum est choriambicum; illius, quod a dactylico hexametro et a iambico trimetro ,metris principalibus' alia metra *,παραγωγά'* aut adiectione aut detractione aut concinatione aut permutatione derivantur.[1])

---

[1]) De qua re et de auctoribus infra laudatis si quis accuratiora volet scire, adeat potissimum Westphali ,Metrik der Griechen' vol. I. secundae editionis pp. 1.—232. Keiliique in Grammaticorum Latinorum editione praefationes.

Digitized by Google

Sunt vero libri de re metrica conscripti, quos integros vel quorum fragmenta tenemus, horum, qui probant

| *doctrinam Hephaestioneam* | *doctrinam Varronianam* |
| --- | --- |
| *Varronis* ipsius (in libris de sermone latino scriptis, v. Ritschel. op. III. p. 382 et Wilmanns, de Varron. libr. gram. p. 64. sq., p. 195. sq.; de cynodidascalo v. infra). | |
| *Caesii Bassi*, ed. Keil. G. L. v. VI., pp. 255.—271. | |
| | *Heliodori*[2]) fragmenta ed. Thiemann., *Ἡλιοδώρου Ἀριστοφάνειος κωλομετρία.* |
| *Terentiani Mauri*, ed. Keil. G. L. v. VI., pp. 324—413. | *Hephaestionis* enchiridium, ed. Westphal. a. 1866. |
| | *Iubae*[3]) ars metrica, v. imprimis Hense in act. soc. phil. Lips. v. IV. (a. 1875.) frg. 94.—100. |
| | *Fragmentum bobiense* ed. Keil. G. L. v. IV., pp. 620.—625. |
| | *Aristidis Quintiliani*[4]) ars metrica, quam inseruit libris *περὶ μουσικῆς* scriptis, ed. |

[2]) cuius doctrinae vestigia extant potissimune in scholiis Aristophaneis; vide quae subscripta sunt in cod. V. scholiis pacis *κεκώλισται πρὸς τὰ Ἡλιοδώρου, παραγέγραπται ἐκ Φαεινου καὶ Συμμάχου* (*καὶ ἄλλων τινῶν* add. in subscr. nubb.). Summi autem momenti sunt haec scholia eam ob rem, quod cum ceteri grammatici quomodo *versus* sint dividendi doceant, *strophas κωλίζειν* ex eis discimus. Nostra vero interest scire choriambicos versus coniungi ab Heliodoro cum quibuslibet aliis, neque certam de hac re ei legem fuisse probatam.

[3]) Quae Hense Iubae ascripsit, malui laudare appositis eorum nominibus, quorum ex scriptis petivit ille fragmenta.

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| | I. Caesar ind. lectt. Marb. a. 1862./3. |
| *Aphthonii* (Marii Victorini) l. III. cc. 1. 4 sqq. l. IV. ed. Keil.G.L.VI.,pp.100.—102. 107.—173. | *Aphthonii* (Marii Victorini) ll. I. II. III. cc. 2. 3. ed Keil. G. L. VI., pp. 1.—99., 102.—107. |
| | *Marii Plotii Sacerdotis*, ed. Keil. G. L. v. VI., pp. 496.—546. |
| *[Ps.] Atilii Fortunatiani*, ed. Keil. G. L. v. VI, pp. 291.—294. | *[Ps.] Atilii Fortunatiani*, ed. Keil. G. L. v. VI., pp. 284.—291. |
| *Diomedis* l. III., ed. Keil. G. L. I., pp. 506.—518. | *Diomedis* l. I., ed. Keil. G. L. v. I., pp. 472.—506. |
| *Mallii Theodori*, ed. Keil. G. L. v. VI., pp. 585.—596. | *Mallii Theodori*, ed. Keil. G. L. v. VI., pp. 597.—601. |
| *Augustini*[5]) de musica ll. VI., in ed. a monachis ordinis s. Benedicti curatae t. I., pp. 738.—883. | |

---

[4]) Cuius de fonte dissentiunt Westphal. [2] I., p. 229. et Gleditzsch. [2] II 682, quorum hic errare videtur.

[5]) Augustinus unde sua hauserit, velim aliquis me doceat. Nam quae in Teuffelii libro invenis (demonstrata ab H. Weil Jbb. 1862. p. 335.) eum Varronis doctrinam praecipue sequi, ex parte sunt vera, cum Varronianorum mensurae exempla exhibeat pp. 823. 843 et versus qui leguntur apud Terent. Maur. pp. 820. 821. Tamen – – ⏑ dicit esse palimbacchium p. 815; neque sprevit antispastum (v. p. 775) neque congruunt cum ullius grammatici mensuris mensurae nonnullae (v. pp. 813. 815.), de quibus vide infra; denique Augustinus rhythmi, id quod non fit saepenumero, habet rationem, quippe qui doceat p. 775., choriambum esse temporum sex, et metiatur silentiis interpositis velut hunc versum (p. 815.)

flumina constiterint acuto

– ⏑ ⏑ Λ̄ | – ⏑ ⏑ – ⏑ – – Λ

ut sint singuli pedes sex temporum.

*Centimetrum*, ed. Keil. G. L. v. IV., pp. 465.—467.

*Bedae* de arte metrica liber, ed. Keil. G. L. v. VII., pp. 226.—260.

*Centimetrum*, ed. Keil. G. L. v. IV., pp. 456.—464.

*schol.* A B *Hephaestionea* ed. Westphal.

schol. Hephaest. altera ed. Hoerschelmann. in progr. Dorpat. a. 1882.

schol. Hephaest. Ambrosiana ed. Studemund. in Anecd. gr. v. I. p. 119. sqq.

*Georgii Choerobosci* *ἐξήγησ. εἰς τὸ τοῦ Ἡφαιστίωνος ἐγχειρ.* ed. Hoerschelmann. ib. p. 33. sqq.

*Trichae* synops., *ἐπιμερ. τῶν θ' μέτρων*, breviarium ed. Westphal.

Isaac Monachi, ed. Bachmann. in anecd. v. II, pp. 169 sqq.

Adde

*fragmenta metrica* ed. Keil. G. L. v. VI., pp. 625.—646. (e quibus frg. bobiense *alterum*, quod extat p. 629. 9—23, infra saepius afferam)

*Ps. Censorini* fragmenta metrica, ed Keil. G. L. v. VI., pp. 607.—617.

*scholia scaenicorum poetarum et Pindari*[6])

et qui seorsum *de metris Horatianis* scripserunt

[Ps.] Atilius, ed. Keil. G. L. v. VI., pp. 294.—304.
Diomedes, ed. „ „ „ v. I., pp. 518.—529.
Mar. Victor., ed. „ „ „ v. VI., pp. 174.—184.
Ps. Servius, ed. „ „ „ v. IV., pp. 468.—472.

---

[6]) cf. Christ. Gr. L.$^2$ p. 699. n 8: „Auf Eugenios scheinen die

Anonymus in cod. Monac., ed. Christius in ‚Horatianis' Stzber. bayr. Akad., philos. philol. Kl. 1893, pp. 81. et 115.

Praeterea pauca suis locis afferam. —

Iam ea, quae in his libris afferuntur de choriambici et eorum metrorum, de quibus quid grammatici indicaverint infra intererit scire, versuum formis, sic exscribam, ut praemissa Hephaestionea doctrina subiungam Varronianam, ordinem scilicet euchiridii secutus. Moneo vero eis locis, qui non sunt ad verbum exscripti, sed quorum sunt additi meri paginarum numeri, nihil extare novi; sed laudare omnes, quibus est aliquid auctoritatis, visum est auctores, ut absolutam et perfectam rem proponerem. Contra non studui, ut minoris qui sunt momenti, locos omnes exemplaque omnia versuum congererem; velut data opera ubique exempla tractatus Harleiani (ed Studemund in ind. lectt. Vratisl. 1887/8) ex Pindari epiniciis pessime selecta omisi; neque operae est praetium visum, de eorum mensura, qui omnia metra in quoslibet pedes disyllabos dividi iubent, copiosius dicere; quorum sat est unum exemplum attulisse, versum *Νύμφαις, ταὶς Διὸς ἐξ αἰγιόχω φαισὶν τετυγμέναις* quem scholiasta Hephaestionis p. 188.28 dicit esse *ποδῶν ἁπλῶν ὀκτώ*

– –, – ⏑, ⏑ –, – ⏑, ⏑ –, – ⏑, ⏑ –, ⏑ –

vide Rossb.-Westph.[3] III., 2. p. 556 sq. Christ. p. 74; denique neglexi Charisium (cuius l. IV[1] frgta. ed. Keil. G. L. v. I. pp. 228. sqq.), Rufinum (ed. Keil. G. L. VI., p. 554. sqq.), Ps. Dracontem (ed. G. Hermann. a. 1812.), Eliae de metris tractatum (edd. del Furia, Studemundus p. 170. sqq.), Ps. Hephaestionem (ed. Jacobsmühlen Diss. Arg. v. X.) alios (vide Studemundi Anecd. gr. v. I) qui vel nihil ad nos, vel nihil proferunt ullius pretii de choriambis. Iam venio ad rem ipsam.

---

erhaltenen metrischen Analysen der Dramatiker zurückzugehen, die ebenso wenig Wert wie die Pindarischen haben.

Digitized by Google

## I. *Μέτρα* [*συναρτητικά*], metra conexa[7]).

### a. *μέτρα μονοειδῆ* et b. *μέτρα ὁμοιοειδῆ*.

i. e. metra, quorum pedes eiusdem generis sunt usque ad finem unius cuiusque versus, vel metra, quorum cum pedibus propriis sunt coniunctae dipodiae iambicae vel trochaicae[8]).

*ε. περὶ ἰαμβικοῦ.*

Hic notandum, quod affert schol. B. Heph. p. 154.11 de Byzantinorum versu aliquo (*κουκούλιον* dicit *Ἀνακρεόντειον*), cuius exemplum

*ἀρετῆς ἔργα φέρειν ἔμπονος ἥβη.*

*ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἀπὸ χοριάμβου ἄρχεται ὁ τοιοῦτος στίχος, εἶτα ἔχει τὸν ἰωνικὸν ἀπ' ἐλάσσονος .... οἷον*

*Χριστιανῶν μακαρῶν ἔλθετε παῖδες.*

Sed hoc levius.

*ς' περὶ τροχαϊκοῦ.* Nihil habeo quod dicam.

*ζ' περὶ δακτυλικοῦ.*

*α. μονοειδοῦς.* Ne hoc quidem ad nos.

*β. ὁμοιοειδοῦς.* Heph. p. 25.12 *ἔστι δέ τινα καὶ λογαοιδικὰ καλούμενα δακτυλικά, ἅπερ ἐν μὲν ταῖς ἄλλαις χώραις δακτύλους ἔχει, τελευταίαν δὲ τροχαϊκὴν συζυγίαν· ἔστι δ' αὐτῶν ἐπισημότατα τό τε πρὸς δύο δακτύλους ἔχον τροχαϊκὴν συζυγίαν, καλούμενον δὲ Ἀλκαϊκὸν δεκασύλλαβον,*

*καί τις ἐπ' ἐσχατιαῖσιν οἴκεις*

*καὶ τὸ πρὸς τρισί, καλούμενον Πραξίλλειον*

*ὦ διὰ τῶν θυρίδων καλὸν ἐμβλέποισα*
*παρθένε τὰν κεφαλάν, τὰ δ' ἔνερθε νύμφα.*

cf. Aphthon. p. 70.17: cuius (i. e. dactylici hexametri) genere .... gignuntur .... logaoedium seu archebulium; [ubi nomen, quo ab Hephaestione anapaestica logaoedica nuncupata esse infra videbis, dactylicis logaoedicis est inditum; idem fecerunt et Aphthonius alibi et] Plos. Sacerd , qui

[7]) cf. Westph.[2] I p. 182.

[8]) cf. ibid. 180.

Digitized by Google

de logaoedico archebuleo egit p. 544.6–10; frgt. bob. II., p. 629.18. 20 [ubi pro ,duobus iambis' ,duobus trochaeis' scribere oportuit librarium]; schol. A. Heph. p. 163.13–20; schol. Ambr. p. 141. Stud.; schol. Heph. alt. p. 14.23 Hoersch.; Trich. p. 253.25–28 [quae exempla logaoedica dactylica pentametra esse voluit] pp. 272.17 — 275.6; p. 272., not.; tract. Harl. p. 17.11 [cuius auctorem manifestum est errare]; Georg. Choer. *ἐξηγ.* c. VII., p. 72.; schol. Pind. O. IV. str. v. 7. — Aristidis Quintiliani de logaoedici sententia (p. 9 C.): *τινὲς δὲ κἂν ταῖς πρώταις χώραις μόναις ἀμείβοντες τὸν δάκτυλον καὶ τοὺς ἀνισοχρόνους αὐτῷ τῶν δισυλλάβων τιθέντες ποιοῦσι τὰ καλούμενα λογαοιδικά.*

Logaoedici *πρὸς δύο* versus divisio choriambica et exstat apud Augustinum et apud Diom. p. 520., qui et ipse de alcaïco decasyllabo haec: quartus inquit [scil. alcaïcae strophae versus] scanditur sic, choriambus paeon tertius *spondeus* [ex Keilii emendatione]

flumina con|stiterint a|cuto.

Omnibus his locis excepto uno nihil traditur de versibus logaoedicis qui *προς ἑνὶ* sc. *δακτίλῳ* dicuntur. Quos Hephaestioni vel potuis ei Alexandrino grammatico, qui auctor fuit doctrinae Hephaestioneae, non fuisse notos silentio testium nixus contendunt Rossbach [3]III., 2., 515 sqq. Westphal Aristoxenos, p. 133. Sane concedendum tales versus, in quibus inest unus dactylus, ab Hephaestione in aliis numerari metris, velut pherecrateum, quem sic percutit choriambice

-⏑⏑-, ⏑--, non sic

-⏑⏑, --, --.

Tamen apud Tricham extare videtur locus, ubi haec quoque pherecratei mensura, logaoedica scil., inveniatur; quat re fiat verisimile, ab Hephaestione vel ab alio auctore discriminis mensurae non inscio hanc rem esse tractatam, in enchiridio vero, qua est indole libellus et cum ille expressis verbis dicat *ἔστι δὲ αὐτῶν ἐπισημότατα* nihil nisi id,

Digitized by Google

quod ibi accuratiore instituta quaestione rectius esse sibi persuaserat, esse traditum; pariter ac Tricha in *ἐπιμερ· τῶν θ' μέτρ.* utramque affert mensuram, in breviario nihil dicit nisi *λογαοιδικὸν . . . . δακτύλους ἔχει β' ἢ γ' ἢ δ'*. Est autem illa *ἐπιμερισμῶν* locus[9]) p. 274.8 *οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ* inquit *μονόμετρον ὅλως ἕξει [τὸ λογαοιδικὸν] διὰ τὰς αἰτίας ἃς εἴπομεν ἐν τῷ περὶ δακτυλικοῦ· οὐδὲ δίμετρον βραχυκατάληκτον ἢ καταληκτικόν, ἵνα μὴ πάλιν τῷ δακτύλῳ συνεμπέσοι. Ἀκατάληκτον οὖν δίμετρόν ἐστι τόδε*

*ἀνίδεον φανέντα* [-⏑⏑, -⏑ -⏑],

*ὑπερκατάληκτον δὲ τὸ τούτου μιᾷ συλλαβῇ πλεονάζον ὡς τὸ*

*ἀνίδεον φανέντα γε* [-⏑⏑, -⏑ -⏑, ⏑]

Facile vero apparet versus quos attulit, plane eiusdem esse formae atque illos, quos p. 284. *χοριαμβικοὺς ἐπιμίκτους* esse dicit

*εὐδιόωσα πόντον* [-⏑⏑-, ⏑-⏑]

*ἠπιόωσα προσπόλῳ* [-⏑⏑-, ⏑-⏑-]

A Tricha igitur ex libro aliquo, quo illi versus utrum choriambicis pedibus essent dimetiendi an logaoedicis, quaerebatur, utramque mensuram controversiae ratione non habita esse exscriptam concludat quis, ita ut non concedendum sit quod Westphal docet [2]I. p. 136, Trichae librum nobis nullo esse commodo cum quae non ex Hephaestionis enchiridio hauserit, e scholiis quae nos quoque tenemus, fluxerint; immo h. l. fragmentum esset traditum vel maioris Hephaestionei de re metrica conscripti operis vel alius cuiuslibet vetustioris libri. Tamen pro indole *ἐπιμερισμῶν* ipse nequaquam ausim hoc pro certissimo

---

[9]) cui praecedit hic p. 273.: *ἐδέχετο . . . . κατὰ τέλος . . . . τὴν διποδίαν τροχαϊκήν· ἐν δὲ τῇ ἀρχῇ δακτύλους δύο ἢ τρεῖς ἢ τέσσαρας,* quibus verbis quispiam nixus concludat, dimetra logaoedica — notandum vero, ex Trichae sententia unam dipodiam trochaicam idem valere in logaoedica atque unum dactylum — omnino non esse, cum minimum ad versum logaoedicum fingendum opus sit duobus dactylis et una dipodia trochaica.

Digitized by Google

affirmare, cum ut ipse Tricha nescius se choriambicos scribere versus, illa exempla breviora logaoedica finxerit fierip ossit, quod inde a brevissimo logaoedici generis versu usque ad amplissimum, ut solebant metrici, ascendere studebat; cf. ex. gr. verus choriambicos, quos affert, et exempla trochaica p. 263. 28.

*μονόμετρον βραχυκατάληκτον ὕψος*
*μονόμετρον καταληκτικον καλλίπαι*
*μονόμετρον ἀκατάληκτον βασίλεια*
*μονότετρον ὑπερκατάληκτον τληπονῶν καινων*
*δίμετρον βραχυκατάληκτον καλλίπαι θεοῖο.*

Hephaestione a dimetro catalectio incipiente

*νῦν δέ μοι πρὸ τείχεων.*

Sic si res se haberet, sane nullius momenti essent isti versiculi; id quod verisimilius esse confiteor.

Varronianorum de dactylicis logaoedicis sunt loci: Aphthon. p. 111. 26—112. 6; Mall. Theod. p. 591., 22—24; centim. p. 460. 20–25; 29–31; frgt. bob. II., p. 629. 18 [ubi ,sequentes versus' intellige tertium et quartum strophae alcaïcae]. — Neque Varronianorum desunt versuum *πρὸς ἑνὶ* logaoedicorum vestigia, quae tamen mensura non ea est, quam nos unice veram putemus, ea scilicet ex qua idem valet trochaeus atque dactylus in logaoedicis *ἀλογίᾳ* quadam; immo orta est dactylica mensura ex eo studio, quod omnium Varronianorum commune esse supra dixi, quo a dactylicis versibus derivantur metra. Qua in re illi adiuvantur Horatiana illa ratione, ex qua pro trochaeo saepissime spondeum collocari notum est. Velut cum Plot. Sac. p. 516., l. 20., Diom. p. 520. 2, Mall. Theod. p. 592. 4—7, cent. auctor p. 465. 7—9, pherecrateum alterum non antispasticum versum dicant esse

-‐‐⏑,⏑-⏓, cf. Heph. p. 33. 6,

sed his dimetiantur pedibus

--,-⏑⏑,-- spondeo dactylo spondeo

grato|Pyrrha sub|antro,

haec sententia unde orta sit ipsorum apparet verbis; dicit enim Diom. (et Ps. Serv. p. 469. 26) pherecratium trimetrum *heroicum*, Mall. Theod. metrum *dactylicum*, sic scilicet dimetiendum:

–⏑⏑, –⏕, –⏑⏑;

porro Aphthon. p. 74. 22, eundem versum κόμμα τελικὸν heroici versus interpretatur, et [Ps.] Atilius, qui p. 297. 28, pherecratium item dicit constare spondeo dactylo spondeo, versum p. 292. 8, ‚partem dactylicam' appellat. De Mar. Plot. Sac. vide infra, ubi de glyconeis agam. — Alius generis videntur esse loci hi: Mall. Theod. p. 592. 1—3: metrum dactylicum trimetrum constat ex dactylo et duobos trochaeis sive ex dactylo et trochaeo et spondio. huius exemplum

tu genus hoc memento
–⏑⏑ –⏑ –⏓

Ter. Maur. v. 2551.—2554. (de hendecasyllabo phalaecio)

sed primi pedis ante lex tenenda est
spondeum siquidem videmus istic
tamquam legitimum solere poni,
post hunc dactylum atque tres trochaeos
– –, –⏑⏑, –⏑. –⏑, –⏑.

cf. Aphthon. p. 148. 16—17: primus in versu spondeus sollemniter, post dactylus, dehinc tres trochaei ponuntur. cf. Aphthon., p. 148. 1—8; p. 118. 10; Mall. Theod. p. 590. 21—591. 1; centim. p. 465. 30—466. 1; frgt. bob. II., p. 629. 10, Beda p. 254. 14.

Mall. Theod. (et reliqui p. 42. laudati) p. 591. 1—8: metrum dactylicum sapphicum hendecasyllabum constat ex trochaeo et spondio et dactylo et duobus trochaeis sive trochaeo et spondio, ut est apud Horatium:

iam sa|tis ter|ris nivis|atque|dirae
–⏑, – –, –⏑⏑, –⏑, –⏓. —

Primum enim in his plerumque non spondei cum dactylis coniuncti, sed trochaei, ut oportet in versibus vere loga-

oedicis; deinde a Mallio Theodoro priorem locum non inscio diversitatis mensurae scriptum esse potest demonstrari. Quod collato hoc Terentiani loco cognosces

v. 2525. et choriambus unus
praeditus antibaccho
claudicat, ut priores
. . . . . . . . . .
. . . . . . . . . .
2533. ‚Inachiae puellae
seu bovis ille custos'
colon et hoc in usu
carminis est Horati [10])
2537. *tu genus hoc memento*
reddere, cum reposcam.

Vides v. 2537. non ut exemplum alicuius poetae esse positum, sed esse particulam contextus ipsius Terentiani. Sequitur primum ut qui afferat hunc versum, eum hauserit aliquomodo ex ipsius Terentiani libro; deinde, cum idem aliam atque Terentianus mensuram proponat, tacens *sed diversitatis* conscius pugnet cum eo.

Tamen dubito an ne Varroniani quidem, cum hos versus *πρὸς ἑνὶ δακτύλῳ* esse docerent, hoc ut facerent alia re sint commoti, nisi quod dactylum potissimum in versibus agnoscere studebant. Nam controversiam de talibus versibus, utrum choriambice an *dactylice*, non utrum choriambice an *logaoedice* essent scandendi, inter Varronianos fuisse demonstrari potest, cuius rei vestigia compluria cognosces infra, ubi de glyconeis et de asclepiadeis agam. Eos vero, qui dactylice *πρὸς ἑνὶ* versus dividunt, si logaoedici mensurae studiosos diceres, valde errares; nam ex. gr. hunc quoque versum

tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi, quem tibi

dactylicum esse volunt sic

---

[10]) dicit Ter. Maur. Horatii l. I. c. 8. v. 1. Lydia dic per omnes sic scandendum –⏑⏑–, ⏑–⏓.

-◡◡, -◡◡, -, -◡◡, -, -◡◡, -◡◡

qui sane nequaquam potest esse logaoedicus.

*η'. περὶ ἀναπαιστικοῦ.*

*α. μονοειδοῦς.* Hi versus nihil ad nos.

*β. ὁμοιοειδοῦς.* (Heph. p. 29. 12). *Ὥςπερ δὲ ἐν τῷ δακτυλικῷ ἦν τι λογαοιδικόν οὕτω κἂν τῷ ἀναπαιστικῷ τὸ εἰς βακχεῖον περαιούμενον, οὗ ἐστιν ἐπισημότατον τὸ μετὰ τέσσαρας πόδας αὐτὸν ἔχον τὸν βακχεῖον, ὧν* (scil. *τεσσ. ποδῶν*) *ὁ πρῶτος γίνεται καὶ σπονδεῖος καὶ ἴαμβος. Καλεῖται . . . . Ἀρχεβούλειον . .;* eius formae

◡◡-, ◡◡-, ◡◡-, ◡◡-, ◡--, apud Alcmanem sic quoque:
◡◡-, ◡◡-, ◡◡-, ◡◡-, ◡--.

Exscripsi hunc locum non quin hi versus cum choriambicis artiore essent coniuncti nexu, sed ut qui legerent, infra qui versus soli ex veterum doctrina logaoedici essent, praesto haberent. cf. Aphthon. p. 70. 17, p. 75. 20–26; [Ps.] Atil. p. 292. 26–31; schol. Ambr. p. 145. Stud.; schol. A p. 177. 20; B p. 178. 22–179. 5; Tricha p. 254. 1; p. 280. 11–25, et nota; tract. Harl. p. 20. — Varronianorum loci sunt: C. Bass. p. 256. 8–26; Ter. Maur. v. 1908. sqq. Aphthon. (qui rem perturbavit) p. 126. 9, et passim; [Ps.] Atil. p. 292. 26–31. Diomed. p. 514. 1–5; centim. p. 466. 8–10;

*ϑ'. περὶ χοριαμβικοῦ.*

Formae versuum choriambicorum, quas veteres afferunt, sunt hae:

*α. μονοειδοῦς*

i. e. quod exit in choriambum, vel catalectice in -◡-
vel propter indifferentiam novissimae syllabae in -◡-.

monometrum: -◡◡-

a simplici choriambo incipi vult Heliodorus periodum Ar. nubb. v. 467. *ὥςτε γε σοῦ,* v. schol.

dimetrum catal. -◡◡-, -◡◡

*ἱστοπόνοι μείρακες* Heph.

cf. Plot. Sac. p. 534. 10–12; Trich. p. 283. 3; schol. Ambr. p. 146. Stud.

Digitized by Google

dimetrum atacal. –⏑⏑–, –⏑⏑–

sanguine quis purpureo [Ps.] Atil. p. 288. 10.

cf. Trich. p. 283. 5;

idem cum soluto primo pede ⏑⏑⏑⏑–, –⏑⏑–

*ἵτερα δὲ νῦν ἀντιμαθών* schol. Ar. vesp. 1453, qui *εὕρηται* inquit *γὰρ καὶ χορίαμβος πεντασύλλαβος;* idem testantur alii.

dimetrum hypercatal. –⏑⏑–, –⏑⏑–, ⏒

*ἀλλά γε καὶ ἠρεμόωντα* Trich. p. 283. 7,

cf. M. Theod. p. 597. 17.

trimetrum catal. –⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏓

*οὐδὲ λεόντων σθένος, οὐδὲ τροφαί* Heph.

cf. Aphthon. p. 86. 34; Plot. Sac. p. 534. 21; [Ps.] Atil. p. 288. 11; schol. Ambros. p. 147. Stud.; Trich. p. 283. 10. 12

trimetrum acatal. –⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑–

*γνοὺς ἀπολάψεις ὅτι πλεῖστον δύνασαι* schol. Ar. nubb. v. 804. cf. Trich. 283. 14.

trimetrum hypercatal. –⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑–, ⏒

*σεῖο δ' ἄνευ μηδὲ πνοᾶς μέτρον ἔχοιμι* Trich. p. 283. 16;

cf. Mall. Theod. p. 597. 14.

tetrametrum catal. –⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏓

*αἵ Κυθερήας ἐπιπνεῖτ' ὄργια λευκωλένου* Heph.

cf. schol. Ambr. p. 147. St.; Trich. p. 254. 8; 283. 20. 22.

tetrametrum acatal. –⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑–

uror amoris stimulo, cor quatit artus pavidos Aphthon. p. 53. 5; p. 86. 4; [Ps.] Atil. p. 288. 15; Trich. p. 283. 20.

tetrametrum hypercat. –⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑–, ⏑

*ἀλλά γε καὶ ἠρεμόωντ' ἀτρεμέως καί τε καθυπνεῖν* Trich. p. 283. cf. Mall. Theod. p. 597. 10. — De pentametro | hexametro ∫ quae in eodem capite dicit Tricha, addere eum oportuit sequenti, quod est de *ὁμοιοειδέσιν;* pariter metrici Latini scriptt. quid interesset inter *μονοειδῆ* et *ὁμοιοειδῆ* metra, parum intellexere; velut Aphthon p. 127., qui versum

dum meus hic assiduo | ardeat igne lucus



Digitized by Google

‚non sui generis pede claudi' dicit l. 24.; qui vero sit pes vel potius quae dipodia catalectica, iambica scil., ignorat, cum statim ‚non nunquam choriambo . . . . iambicam basin immisceri' tamquam novum aliquid neque antea dictum pronuntiet.

*β. ὁμοιοειδοῦς.*

i. c. cui admixtae sunt dipodiae iambicae et potissimum id quod exit in dipodiam iambicam catal. ⏑–⏓; cf. Arist. Quint. p. 9. C. *τὸ μὲν οὖν χοριαμβικὸν ἐπιδέχεται διποδίαν ἰαμβικὴν καθαρὰν καὶ τὴν ἑπτάσημον,* id est ⏑–⏑–, ⏓–⏑–, ⏑–⏓–; Aphth. p. 86. 6 ‚admixta et posita in quacunque sede iambica basi, cuius etiam conclusione finiri praecique studet'; ib. l. 14.—16. schol. A. Heph. p. 126. 8.—11; miram atque eam perversam de choriambicorum antispasticorum ionicorum versuum fine sententiam profert Mall. Theod. p. 597. 1., 13.; choriambis inquit nisi dactylicus finis (–⏑⏑–– dicit) adiceretur, nihil in his esset dulce et canorum.

monometrum vide sub *ἀντιπαθέσιν.*

dimetrum catal. –⏑⏑–, ⏑–⏓

*οὐκ ἔτος ὦ γυναῖκες* Heph.

cf. Heliod. schol. Ar. equ. 551.; schol. nubb. 563., pac. 575., passim.; centim. p. 463. 5; schol. Ambr. p. 147. Trich. p. 284. 14; — Varronianorum loci: Caes. Bass. p. 270. 9; Ter. Maur. v. 2525.—2538. (cf. Westph.[2] I. p. 144 exit.), qui hanc quoque formam versus novit ⏑––⏑–, ⏑––⏑,

quam parum sibi constans schol. Arist. non ascribit choriambicis etsi saepe cum eis coniunctam; Aphthon. p. 165. 23; p. 172. 18; Diom. p. 509. 8—10; p. 520. 20; [Ps.] Atil. p. 300. 19; p. 301. 5; Ps. Serv. p. 470. 9; adde Priscianum G. L. v. III., p. 459. K. Quod Plot. Sac. p. 517. 12—17 versum

Lydia dic per omnes

numerat in archilochiis penthemimericis simplicibus

hypercatal., quae constant duobus dactylis et syllaba, merus error est.

dimetrum acatal. –⏑⏑–, ⏑–⏑–

*ἵππι᾿ ἄναξ Πόσειδον ὤ* Heliod. l. l.

cf. schol. nubb. 563.; 804. ubi versus *ἀπὸ χοριάμβου βάσεως εἰς ἴαμβον* nuncupatur; Trich. p. 284. 18. Ceterum hic versus pariter atque ⏑––⏑, ⏑–⏑– in schol. cod. Rav. equ. 973. est glyconeus appellatus, primus scilicet quem Rossbachius et Westphalius volunt; cuius nominationis exemplum aliud non inveni. Alia forma ⏓–⏓–, –⏑⏑–

*λαμπροῖς ἀκτῖσιν κατέχει* Ar. Vesp. 572,

de qua schol.: *δίμετρον ἐξ ἐπιτρίτου τρίτου καὶ χοριάμβου* et *ὅμοιον ἐκ δισπονδείου καὶ χοριάμβου.* De hac forma quod addit, *ἢ δακτυλικὸν ἑφθημιμερές* (⏓–⏓–, –⏑⏑– ⩵ –⏔, –⏔, ––⏑, –), non putandum est eum hoc scripsisse respicientem Varronianorum doctrinam, sed quod insunt in hoc stropha alia dactylica cola (7. 8.); cf. enim schol. nubb. 700. 804., ubi hic versus *ἀπὸ χοριάμβου* (legendum *ἰάμβου*) *βάσεως εἰς χορίαμβον* nuncupatur; adde schol. nubb. 949.

trimetrum brachycatal. –⏑⏑–, –⏑⏑–, ⏑–

vs. nubb. 701 *ταχὺς δ᾿ ὅταν εἰς ἄπορον πέσῃς* videtur *ἐκ διάμβου καὶ χοριάμβου* (adde *καὶ ἰάμβου*) *τρίμετρον βραχυκατάλ.* esse scholiastae.

trimetrum catal. –⏑⏑–, –⏑⏑–, ⏑–⏓

*δακρυόεσσάν τ᾿ ἐφίλησεν αἰχμάν* Heph.

cf. schol. Ambr. p. 147. Stud., centim. p. 463. 8; Plot. Sac. p. 535. 1: interdum inquit trimetrum catalecticum a diiambo incipit, in medio choriambum habet, in novissimo amphibrachyn ⏑–⏑–, –⏑⏑–, ⏑–⏑

nepotem[11]) o conficere studebat

cf. schol. Ar. nubb. 563. 705. — De trimetro versu

---

[11]) De Plot. Sac. in versibus peccatis v. Keil. p. 423. not.



Digitized by Google

cum epitrito pro choriambo primo

– ⏑ ⏓ –, – ⏑ ⏑ –, ⏑ – –

iam satis terris nivis atque dirae

v. infra, de Augustini trimetro

– ⏑ ⏑ Λ̄ | – ⏑ ⏑ – | ⏑ – – ⏑ Λ

supra retuli.

trimetra acatal. affert Plot. Sac.

p. 535. 20 primis duobus choriambis tertio diiambo

– ⏑ ⏑ –, – ⏑ ⏑ –, ⏑ – ⏑ –

carpe diem quam minimum dolendō nos.

ib. l. 17. primis duobus diiambis, tertio choriambo

⏑ – ⏑ –, ⏑ – ⏑ –, – ⏑ ⏑ –

beatus ille qui procul scire potest.

ib. l. 23. clodum, primo choriambo, insequentibus syzygiis iambicis – ⏑ ⏑ –, ⏑ – ⏑ –, ⏑ – – ⏒

bella ferae Numantiae dedit Roma. } huc insere quae sunt p. 40. sq. uncis inclusae.

trimetra hypercatal.

– ⏑ ⏑ –, – ⏑ ⏑ –, – ⏑ ⏑ –, – Mall. Theod. p. 597. 6

Phoeniciā veste nitens ibat Arion.

⏑ – ⏑ –, – ⏑ ⏑ –, ⏑ – ⏑ –, – Aphthon. p. 130. 11

caduca popli coma glauca iam per agros; quem versum schol. Aesch. Prom. 128. ubi est hoc exemplum

*μηδὲν φοβηθῇς· φιλία γὰρ ἅδε τάξις,*

rectius vocat *Ἀνακρειόντειον κεκλασμένον πρὸς τὸ θρηνητικόν* (⏑ – – ⏑ – –] ⏑ – – ⏑, – ⏑ – ⏑.)

tetrametron catal. – ⏑ ⏑ –, – ⏑ ⏑ –, – ⏑ ⏑ –, ⏑ – ⏓

*δεῦτέ νυν ἁβραὶ χάριτες καλλίκομοί τε Μοῖσαι* Heph. cf. Aphthon. p. 86.22; Plot. Sac. p. 536. 1; [Ps.] Atil. p. 284. 13; Mall. Theod. p. 597. 10; centim. p. 463. 11; — Varroniarum loci. Caes. Bass. p. 264.10; Ter. Maur. vv. 1861.—1907. (cuius duos errores expedivit Westphal. [2] I. p. 151.; phalaecio nomen enim indidit metro non philicio, atque id versui tetrametro, cum Philicus *στίχους ἑξαμέτρους* scripserint testibus Caesio Basso et

Digitized by Google

Hephaestione; eadem commisere vitia qui ex eodem quo Ter. Maur. fonte hauserunt.) Aphthon. p. 127. 15. 22.

idem cum soluto primo pede ⏑⏑⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑–, ⏑–⏓
*ἀναπέτομαι δὴ πρὸς Ὄλυμπον πτερύγεσσι κούφαις* Heph. cf. Plot. Sac. p. 536. 4; schol. A. Heph. p. 181.20 (Ambros. p. 147. St.) *γίνεται οὖν τῆς ἀναπέτομαι λέξεως τὸ πρὸ τοῦ τομαι τρίβραχυς, τῆς μακρᾶς συλλαβῆς τοῦ ἰάμβου διαλυομένης εἰς δύο βραχείας· καὶ πάλιν* (illud *πάλιν* falso intellexit qui verba a Westphalio deleta adscripsit) *τοῦ χοριάμβου ἡ μακρὰ* (solvi potest) *καὶ γίνεται ἕτερος τρίβραχυς καὶ μένει τὸ ἰαμβικόν.* — Versus Anacreontis in schol. Ar. avv. 1372. sic, si quid video, est divisus anapaestice, quod tota stropha anapaestis iambisque constare visa est grammatico

*ἀναπέτομαι δὴ πρὸς Ὄλυμπον* ⏑⏑⏑́⏑ | ⏕ – | ⏑⏑– ́ | –
*πτερύγεσσι κούφαις.* || *πέτομαι δ' ὁδόν* ⏑⏑– ́ | ⏑⏑– ́ || ⏑⏑– ́ | ⏑⏑

(nam versum esse dividendum, apparet ex his scholiastae: *διὸ καὶ τὸ Χ ἔχουσι οἱ δύο στίχοι,* quae nota est adscripta uni versui 1372.[12])

idem cum solutis pedibus I°. II°. III° vel I°. et II°.
⏑⏑⏑⏑–, ⏑⏑⏑⏑–, ⏑⏑⏑⏑–, ⏑–⏓

---

[12]) Reliqua pars periodi vide ne sic divisa sit a scholiasta

γ. ⏕ ⏑́⏑ ⏑⏑ ́ | ⏑⏑–
δ. ⏑–⏑– ⏑–⏑– ⏑–⏑– v. 1375.
ε. ⏑⏑– ⏑⏑ } v. 1376.
ς. ⏕ ⏑́⏑ | ⏑⏑ ́ | ⏑⏑– ́ }
ζ. ⏑–⏑–⏑–⏑– ⏑–⏑– v. 1377.
η. ⏑–⏑–⏑–⏑– ⏑–⏑– v. 1378.
ϑ. ⏑–⏑–⏑–⏑– v. 1380.
ι. ⏑⏑ ́ ⏑⏑– ́ | – – ́ v. 1381.

Tamen propter *κουφαις* v. 1372. et *λιγυφϑόγγοις* v. 1381 et quod non est primum colon par decimo, id quod vult scholiasta, rem incertam esse concedo. Textum scholii corruptum esse negaverim, nisi forte offendis in *τὸ ι' ἀναπαιστικὸν πενϑημιμερές.*

super agit au|ra mare ferens|procul acatos|biremis Aphthon. p. 86. 11, p. 87. 7. — Varroniani id genus afferunt versum ex Sereni poetae novelli in Janum conscripto carmine petitum

⏑⏑⏑⏑–, ⏑⏑ ⏑⏑ ⏑⏑, –⏑⏑–, ⏑–⏓

tibi vetus a|ra caluit abo|rigineo sacello.

idem cum dipodia iambica pro choriambo II°

–⏑⏑–, ⏑–⏑–, –⏑⏑–, ⏑–⏓

*ἐκ ποταμοῦ 'πανέρχομαι πάντα φέρουσα λαμπρά.* Heph. cf. Ter. Maur. v. 1897. sq., Aphthon. p. 127. 25—128. 8, qui afferunt Sereni versum ‚cui reserata mugiunt aurea claustra mundi'; porro vide Aphthon. p. 101. 29; p. 144. 16; Diom. p. 508. 33; p. 509. 9; p. 520. 25; Ps. Serv. p. 470. 10.

idem cum dipodiis iambicis pro choriambis I° et II°;

⏑–⏑– ⏑–⏑–, –⏑⏑–, ⏑–⏓

apes legunt mel ex rosa, tu labio ministras, Aphth. p. 86. 10;

idem cum epitrito II° pro choriambo I°

–⏑⏓–, –⏑⏑–, –⏑⏑–, ⏑–⏑

(hoc) deos (vere) Sybarin cur properes amando.
[te above hoc; oro above vere]

de quo vide infra. Caes. Bass. p. 270. 3 epitritum vitiosum reprehendit pariter atque Aphthon. p. 87. 12–20; p. 165. 23; p. 172. 18; Diom. p. 508. 36—509. 2; ibid. l. 9/10; p. 520. 20; [Ps.] Atil. p. 300. 19—301. 11. Ps Serv. p. 470. 9; Mar. Victor. p. 178. 25. Terent. Maur. quae de carmine dixerat, non extant. — Huc insero, non quod huc iure pertineat, sed quod quo rectius pertineat, fateor me nescire, versum, cuius mentionem facit Aphthon. p. 146. 14 –⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑–, ⏑–⏓

nunc agite tota venit Lydia nunc per omnes.

de versu ab eodem allato p. 146. 18 vide infra.

tetrametrum hypercatalectum

–⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑–, ⏑–⏑–, ⏓ Mall. Theod. p. 597. 22.

Digitized by Google

celsus equo Phoenicia veste nitens repente fulsit.

Arist. Quintil. p. 9. C. (*τὸ χοριαμβικὸν*) *ἄρχεται ἀπὸ διμέτρου καὶ πρόεισιν ἕως τετραμέτρου, ὅτε ἐστὶν καθαρόν.* Diom. p. 505. 22: e dimetro in tetrametrum longiatur. — Sed extant pentametrum catal. –⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑–, ⏑–⏓

*δαίμονες εὐυμνότατοι Φοῖβέ τε καὶ Ζεῦ, Διδύμων γεναρχαί.* Heph.

cf. Aphthon. p. 86. 30; Plot. Sac. p. 536. 14; centim. p. 463. 14; schol. Ambros. p. 148. Stud.

hexametrum catal. –⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑–, ⏑–⏓

*τῇ χθονίῃ μυστικὰ Δήμητρί τε καὶ Φερσεφόνῃ καὶ Κλυμένῳ τὰ δῶρα.* Heph.

cf. Aphthon. p. 86. 16; 27; Plot. Sacerd. p. 536. 18; — Caes. Bass. p. 263. 22 - 264. 16, qui apud nostros inquit hoc metrum non reperio; quod corrigere studet Ter. Maur. v. 1889.—1896., cum Sereni exemplum afferat

Jane pater Jane tuens Jane biceps biformis

falso, ex errore in quo eum versari supra est dictum.

heptametrum catal. –⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑–, ⏑–⏓

da mihi poclo Veneris mixta Thyonigena vel Gratia quod det roseo labello Aphthon. p. 87. 20;

ultra quam inquit proceritatem choriambicum non facile possis reperire.

*ι΄. περὶ ἀντισπαστικοῦ.*

Notandum ei, quem secutus est Caesius Bassus, antispasticum metrum nondum fuisse notum; quam ob rem metra ab Hephaestione antispastice divisa aliter omnia percutiuntur a Varronianis, *choriambice* imprimis aut dactylice.

penthemimeres ⏑––⏑, ⏓ (dochmius)

*κλύειν μαίεται* Heph.

dimetrum brachycatal. ⏑––⏑, –– (*ἢ ἐκ δυοῖν βακχείοιν ἀκατάλ.*)

*τί πάσχεις; τί κάμνεις* schol. Ar. nubb. 700.

hephthemimeres ––⏑, ⏑–– (pherecrateus II.)

*ἄνδρες πρόςχετε τὸν νοῦν* Heph.

cf. Aphthon. p. 87. 4; [p. 88. 26;] schol. A. Heph. p. 186. 28; Trich. p. 287. 1 et not. — Varronianorum alteri versum choriambice dividunt, velut Aphthon. p. 172. 18: pherecratia, spondeus grato, choriambus cum syllaba Pyrrha sub antro:

– –, – ⏑ ⏑ –, –

frgt. bob. II. p. 629. 16; Augustin. p. 823.; — alteri versum partem dactylici hexametri vel *τομὴν* hendecasyllabi phalaecii de qua re vide infra, putant. In his est Caes. Bass. p. 261. 8, qui quarta divisione hendecasyllabi phalaecii pherecrateum efficit sic

– – – ⏑⏑ – ⏑ | – ⏑ – –

castae quas veneramur | o sorores

et qui haec addit: (prius comma) heroi . . . . dactylici pars est hoc modo:

castae quas veneramur Olympia templa tenentes,

Ter. Maur v. 2819. — 2832. et Aphthon. p. 152. 31 — 153. 11 conferunt cum pherecrateo versiculum

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑

infandum regina;

porro vide [Ps.] Atil. p. 292. 8; Diom. p. 512. 5; Ps. Serv. p. 469. 26; et adde eos quos supra ubi de logaoedicis *πρὸς ἑνὶ* egi, laudavi. — Utramque mensuram, et choriambicam et dactylicam, affert Aphthon. p. 165. 1; 177. 27.

dimetrum acatal. ⏓ ⏑ – ⏑, ⏑ – ⏑ – (glyconeus.)

*κάπρος ἡνίχ' ὁ μαινόλης*

*ὀδόντι σκυλακοκτόνῳ* Heph.

Quod in schol. Ar. equ. 551. annotatum est ad versum 551. *ὦ γεραίστιε παῖ Κρόνου* – ⏑ – ⏑, ⏑ – ⏑ – *τῶν δὲ ἑξῆς ἀντισπαστικῶν . . . τὰ δὲ λοιπὰ δίμετρα ἀκατάληκτα · Γλυκώνεια ἐκ διτροχαίου καὶ ἰάμβου* (sic textus Duebnerianus) vide ne sit scribendum *καὶ διάμβου*; cf. schol. nubb. 563.; Heliod. in schol. equ. 973.; praeterea Tricha p. 287. 7, et not. — Mirum quod

Digitized by Google

Latini grammatici atque ei quoque quibus alibi Hephaestionea est probata doctrina, huius antispasticam glyconei versus mensuram silentio praeterierunt, nisi quod Plot. Sac. p. 537.20 haec: ‚antispasticum inquit acatalectum dimetrum glyconium fit spondeo et duobus trisyllabis, ut *κάπρος ἡνίχ' κτλ.* Hoc differt a glyconio dactylico, quod illud, sicut ante (p. 511.18; cf. p. 544.16) tractavi, spondeo constat et duobus dactylis; . . . potest tamen et spondeo et choriambo percuti'. Hae sunt nugae ortae parum intellectis et Hephaestionea — nam ne id quidem perspicit Sacerdos, cur sit antispasticus versus — et Varroniana doctrinis et eis falso inter se commixtis. Ceterum addendum, in ea quoque parte, quae est de pherecrateo apud Plot. Sac. alibi Hephaestionis sectatorem, Varronianam latere doctrinam, quippe de quo doceat p. 516.5: constat . . . . pherecratium spondeo dactylo spondeo; nec non usurpat pherecratium *dactylicum* ad versus antispasticos fingendos p. 538.16. — Varroniani versum percutiant choriambice sic – –, – ⏑ ⏑ –, ⏑ –,
velut Caes. Bass. p. 259., qui eum tertiam divisionem phalaecii hendecasyllabi atque eiusdem generis iudicat esse atque asclepiadeum minorem, sed sine unius choriambi incremento; porro notandum quod dicit: ‚hoc metrum . . . . ab Alcaeo tractatum est et ab Horatio nostro'. cf. [Caes. Bass.] p. 306.4; Ter. Maur. v. 2602 sqq., qui eandem atque Caes. Bass. profert derivationem (sic Diom. quoque p. 509.19) et duas primas et novissimas syllabas expressis verbis excrementa choriambi appellat v. 2611., simul additis e Senecae et Septimii libris petitis exemplis, ubi loco spondei prioris iambus vel trochaeus invenitur; contra iambum in fine semper esse positum contendit. Aphthon. ut solet parum sibi constans alibi alias formas versus affert:

Digitized by Google

p. 119.8 ––, –⏑⏑–, ⏓⏑ (sic) derivandam a –⏑⏑, –⏑⏑, –⏑⏑
p. 147.1 ––, –⏑⏑–, –⏑ „ „ –⏑⏑, –⏑⏑, –⏑⏑
p. 149.26 ⏓ ⏓ } –⏑⏑–, ⏑–, ubi ‚incrementa' choriambi I. et III. pes;
p. 152.2 ––, –⏑⏑–, ⏑⏑ derivandam a –⏑⏑, –⏑⏑, –⏑⏑;
p. 163.5 ––, –⏑⏑–, ⏑⏑ ‚hexametri prior pars', cf. Diom. pp. 509.19; 512.4; 520.10; idem docent Aphthon. p. 74.20 et Plot. Sac. p. 544.16, non secuti, ut supra dixi, Hephaestioneam doctrinam;
p. 168.6 }
p. 172.6 } ––, –⏑⏑–, ⏑⏑ omissa dactylica mensura, sicut [C. Bass.] p. 306.4, Diom. p. 519.22, p. 520.5, centim. p. 469.10, Prisc. G. L. v. III. p. 459. K., Augustin. p. 823., frgt. bob. II. p. 629.14, cum neclecta mensura choriambica versum dactylicam tripodiam esse dicant [Ps.] Atil. p. 292.9; p. 297.26; Diom. p. 512.4; 522.19; 522.23; Mall. Theod. p. 592.7; Ps. Serv. p. 469.10 (‚qui constat spondio et duobus dactylis'.)

dimetrum hypercatal. –⏑–⏑, ⏑––⏑, –

*καὶ κνίσσῃ τινὰ θυμιήσας* Heph.
cf. Trich. p. 287.14–24 et not., Mall. Theod. p. 598.15 cl. l. 7—8. Quem versum ex Varroniana doctrina sic dimetire:

––, –⏑⏑–, ⏑–⏓

trimetrum brachycatal. –⏑–⏑, ⏑––⏑, ⏑–

fauni semideum numen adest, centim. p. 463.20; cf. Plot. Sac. p. 538.5 (ubi haec forma –⏑–⏑, –⏑––, ⏑⏓)

trimetrum catalect. –⏑–⏑, ⏑––⏑, ⏑–⏓

*δεῦρ' ἔλθ' ἐς χορὸν ὦ χρυσοτρίαιν' ὦ* Heliod. schol equ. 559 et similis versus ran. 324., ubi in scholio lege *ἐκ διτροχαίου ἀντισπάστου καὶ βακχείου* –⏑–⏑, ⏑––⏑, ⏑––; de priore cf. Aphthon. p. 88.28, Ps. Atil. p. 288.23, centim. p. 463.22. Hunc versum Terent. Maur. v. 1939. ad dactylicos reducit sic

–⏑⏑, –⏑⏑, ––, ⏑⏑, –⏓,

parum quidem ille sibi constans, cum alibi (v. infra) vituperet eos, qui asclepiadeos (i. e. eosdem versus, sed una syllaba longiores) rectā ut ita dicam a dactylicis versibus deducunt. Similia atque Ter. Maur. profert Aphthon. p. 120. 12 — p. 121. 2, qui versum ex uno quoque versu hexametro dactylico formari posse dicit demptis mediis tribus aut quattuor (adde ‚aut quinque') syllabis, (sic

– ⏔, – ⏑ ⏑, – [⏔, – ⏔] – ⏑ ⏑, – ⏓.

at regina gravi [iamdudum] saucia cura.

Choriambicam ne huius quidem mensuram versus, hanc scilicet – –, – ⏑ ⏑ –, – ⏑ ⏑ –, ⏑ apud Varronianos inveni.

trimetr. catal. cum diiambo pro antispasto II°:

– – – ⏑, ⏑ – ⏑ –, ⏑ – – (hendecasyllabus phalaecius.)

*χαῖρ' ὦ χρυσόκερως βαβάκτα κήλων.*

cf. Aphthon. 88. 37, 89. 3; [Ps.] Atil., quamvis in parte Varroniana, p. 293. 9; Trich. p. 254. 16; 288. 1 et not. — De Varronis ipsius mensura hendecasyllabi phalaecii tres extant loci: Caesius Bassus postquam quomodo ex phalaecio fieret ionicus sotadeus, exposuit, haec p. 261. 18: ex quo inquit non est mirandum quod Varro in cynodidascalo phalaecion metrum ionicum trimetrum appellat, quidam ionicum minorem. Pariter Terent. Maur. v. 2845. sqq.

idcirco genus hoc phalaeciorum
vir doctissimus undecunque Varro
ad legem redigens ionicorum
hinc natos ait esse, sed minores.

v. 2882. nec mirum puto, quando Varro versus
hos, ut diximus, ex ione natos
distinguat numero pedum minores.

Terentiani verbis nixus conclusit Westphalius [3] III. 1. p. 355. ionicum Varroni visum esse phalaecium versum ⏑⏔ – – | ⏑ ⏑ – ⏓ | ⏑ ⏑ – ⏓ | ‚Caesiique locum, qui repugnat, sic emendavit: Varro . . . ionicum trimetrum appellat et

Digitized by Google

quidem minorem; id quod displicuit Weilio Jbb. anni 1867. p. 132. et Keilio, qui volunt Lachmannum secuti retento codd. mss. textu sic divisum esse versum a Varrone -|– – ⏑ ⏑|– ⏑ – ⏑ – ⏑. In diiudicanda lite hoc praemittam, nihil effici ex Terentiani locis, quippe qui utramque, et Westphalii et Weilii, patiantur interpretationem. Pari enim iure verti mihi videtur v. 2845: hos versus hinc (ex ionicis a ma.) natos esse, sed minores: die phalaecischen Verse seien aus den ionici a ma. entstanden, seien aber an Umfang kleiner (Weil.), et . . . entstanden, aber als ionici a mi., id quod facillime fit detractione illa; versum vero 2882. diese Verse, sive dicit Ter. Maur. versus phalaecios sive anacreonteos, seien aus den ionici a ma. entstanden, aber seien kleiner nach der Zahl der Füsse, et . . . entstanden, nach dem Rhythmus der Füsse als ionici a mi.[13]) Quam ob rem redeamus ad Caesii locum ipsum. Ubi non quadrare videtur contextus accepta Westphalii coniectura; nam verba faciente Caesio de ionicis transitus ad *sotadeis,* tunc qui fit inde ionicos *a minore?* Varronis sententia, Nonne tunc miranda est quam mirandam esse Caesius negat? Tamen non solum hanc offensionem tolli, sed etiam coniecturam ipsam firmari posse censeo. Tollitur enim offensio, simodo non vis inest in vocabulis ionicum *sotadeum* et ionicum *minorem*, sed in *ionicum* sotadeum et *ionicum* minorem; firmatur coniectura ea re, quod omnino non noti Varronianis ionici a maiore nisi tetrametri sotadei; ex quo collegerim, hanc Varronis ipsius tententiam fuisse;[14]) quacum re cum repugnet trimeter ionicus a Varrone statutus, scribatur:

---

[13]) In nomine ,ionici minoris' pro ,ionicus a minore' adhibito nemo offendet cl. p. 89. 28. 34; p. 308. 1. 3; p. 539. 27; p. 542. 3; 613. 16 (,ionicus maior es[t]') vol. VI[1] G. L.

[14]) nam quod Weil. contendit Jbb. a. 1862., p. 337., versum

Digitized by Google

et quidem ionicum minorem.

Apud Varronianos phalaecium metrum gravioris est momenti. Cuius afferunt septem divisiones, velut Caes. Bass, p. 228. sqq. Ter. Maur. v. 2540.—2913. (cf. supra, ubi de dactylicis logaoedicis πρὸς ἑνὶ egi), Aphthon. p. 148. sqq. Quarum quartā fiunt pherecrateus alter, tertius glyconeus asclepiadeus maior minorque, quinta ionicus a maiore versus; quae ad quamque congruent partem Hephaestionei libri, adiciam. Integrum vero phalaecium magistrum non secuti choriambice vel ut Aphthonii artis vocabulo utar ithyphallice percutiunt Varroniani. Distinguit autem Aphthon. p. 109. 10, p. 148 1 phalaecium metrum

sulcos tunc retegunt comae latentes

,quod recipit spondeum choriambum diiambum et syllabam' --, -⏑⏑-, ⏑-⏑-, -

ab ithyphallico, eodem scilicet versu sed sic diviso

--, -⏑⏑, -⏑ -⏑ -⏓.

Ceterum ipse: quidam tamen, inquit, nullam volunt esse differentiam inter hos. cf. Aphthon. p. 115. 25; p. 156. 13. Eos qui ithyphallice versum dividunt, attuli ubi de logaoedis πρὸς ἑνὶ egi. Ps. Censorini de versu doctrina extat p. 614. 17; p. 616. 18.

trimetrum acatalect. --⏑⏑-, ⏑⏑--⏑, ⏑⏑-- (asclepiad. min.)

ἦλθες ἐκ περάτων γᾶς, ἐλεφαντίναν, Heph.

schol. A. Heph. p. 187. 23—188. 3; Trich. p. 288. 6 et not.; [Ps.] Atil. p. 296., imprimis l. 10. sqq.; [Caes. Bass.] p. 305., imprimis l. 6. sqq. — Aphthonius Plotiusque Sac. in asclepiadeis dimetiendis Varronianam sequuntur doctrinam Cuius primus testis est Caes. Bass. p. 259.

---

,triplici vides ut ortu' visum esse Varroni ionicum a mai. ⏑⏑|-⏑⏑-| -⏑; cadit hoc interpretatione loci Terentiani supra prolata. Neque ,nonnulli' illi quorum mentionem facit Ter. Maur. v. 2868., dicunt versum esse ionicum a mai., sed *partem* ionici versus a mai. et ex sotadeo derivandam.

(cf. Ter. Maur. v. 2602. sqq., Aphthon. p. 149. 26—150. 31) qui affert hanc tertiam phalaecii hendecasyllabi divisionem

– – – ⏑ ⏑ – ⏑ – ‖ ⏑ – –

castae Pierides meae ‖ Camenae.

Detracto enim inquit Camenae fit anacreonteon metrum syllabarum octo, quod musici bacchicon vocant grammatici choriambicon . . . . . . (glyconeum scilicet, vide supra.) Quo ex anacreonteo derivat unius vel duorum choriamborum incremento addito asclepiadea sic

– –, – ⏑ ⏑ –, – ⏑ ⏑ –, ⏑ –

castae Pierides Pierides meae, huic simile

Maecenas atavis, edite regibus

quem versum choriambice dimetiumtur [C. Bass.] p. 305. 4; Aphthon. p. 109. 2, p. 161. 5. 10.; 147. 4, 172. 2; Plot. Sac. p. 501. 23, p. 536. 3—p. 537. 1; [Ps.] Atil. p. 296., imprimis l. 16. sqq.; Diom. p. 519. 1; centim. p. 465. 13; Ps. Serv. p. 468. 17; Priscian. G. L. v. III. p. 459. K.; frg. bob. p. 629. 11. Aliam mensuram vide infra), — et

– –, – ⏑ ⏑ –, – ⏑ ⏑ –, – ⏑ ⏑ –, ⏑ –

castae Pierides Pierides Pierides meae

‚quale est illud apud Horatium, quod et ipsum ab Alcaeo sumpsit'

tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi, quem tibi

Pariter dimetiuntur versum Aphthon. p. 167. 24; 172. 2; Plot. Sac. p. 537. 2. 10, 539. 4; [Ps.] Atil p. 296. 31, 302. 5; Diom. p. 522. 4 (qui quam parum sibi sit constans, apparet cl. p. 521. 12); centim. p. 465. 16; Ps. Serv. p. 470. 34; Victorin. p. 181. 7.

Porro ex anacreonteo octo syllabarum metro priapeum derivatur a Varronianis, de quo vide infra.

Iterum de Hor. c. 1. 1. agit Caes Bass. p. 268., ubi haec: sed qui altius, inquit, haec (scil. choriam-

Digitized by Google

bicum esse hunc versum) non perspexerunt grammatici, hoc putant metrum de curtato pentametro factum, ut reddita syllaba fiat tale
Maecenas atavis edite remigibus,
itemque illum versum
solvitur acris hiems grata vice veris et favoni
non ex duobus metris compositum putant

-⏑⏑ -⏑⏑ -⏑⏑ -⏑⏑ | -⏑⏑-⏑⏑

sed hexametrum syllaba maiorem vocant

-⏑⏑, -⏑⏑, -⏑⏑, -⏑⏑, --(-)⏑, -⏑.

Simili atque Caes. Bass. modo Ter. Maur. quoque pugnat cum eis, qui tales versus rectā a dactylicis deducere student, ubi loquitur de asclepiadeis a minore vv. 2650.—2655.; quos cum non habeant quomodo versus maiores, quibus tres sint choriambi, derivent a pentametro, aperte errare dicit. Eorum vero qui rem altius non perspexerunt, doctrinae haec extant testimonia: [Caes. Bass.] p. 305.10; Aphthon. pp. 109.1, 147.6, 161.8; Plot. Sac. p. 537.4; [Ps.] Atil. p. 296.2; Diom. p. 508.5–21; p. 518.32—519.6 36; p. 521.12. M. Theod. p. 590.10; anonym. Mon. p. 81. Chr. Longiores versus, quos dactylice scandi posse negaverat Ter. Maur., dividunt ut dixi Diomedem secutus pp. 15 sq.
Non secus atque Aphthonius duo genera phalaecii attulit, choriambicum nempe et ithyphalicum, duo sunt asclepia deorum genera si Plot. Sac. p. 536.23—537.14 sequimur. Appellat enim versus

--, -⏑⏑-, -⏑⏑-, ⏑⏓

et --, -⏑⏑-, -⏑⏑-, -⏑⏑-, ⏑⏓ choriambicos asclepiadeos,
sed --, -⏑⏑, -, -⏑⏑, -⏑⏓
et --, -⏑⏑, ⏑, -⏑⏑, ⏑, -⏑⏑ choriambicos phalaecios.
Quae in re quin vel ipse vel is cuius exscripsit librum, nomina pertubaverit, nullum est dubium, cum alterius mensurae nomen choriambicae nequaquam possit esse

proprium. cf. perturbationem glyconeorum apud eundem. Rectius metra altera ratione divisa nuncupat dactylica Mall. Theod., qui eandem profert atque Plot. Sac. doctrinam, p. 590. 6. 13.

idem versus cum diiambo pro antispasto I°

⏑–⏑–, ––––⏑, ⏑––⏑–

*κόλπῳ σ' ἐδέξανθ' ἁγναὶ χάριτες Κρόνῳ,* Heph.

cf. schol. Heph. A. p. 188. 4. Huius versus exemplum apud Latinos non inveni.

trimetra hypercatal. sunt versus a Mall. Theod. p. 598. 5. 12. allati, cf. Trich. p. 288. 11.

tetrametra brachycatal. afferunt Aphthon. p. 89. 6; [Ps.] Atil. p. 288. 25; centim. p. 463. 24.

tetrametrum catal. –––⏑, ⏑––⏑, ⏑––⏑, ⏑––

*κατθνάσκει Κυθέρη' ἁβρὸς Ἄδωνις· τί κε θεῖμεν;* Heph.

cf. [Ps.] Atil. p. 288. 27; centim. p- 463. 26; schol. A. Heph. p. 188. 10; Trich. p. 254. 11, p. 288. 15.

idem versus cum diiambo pro antispasto II° (priapeus)

–––⏑, ⏑–⏑–, ⏓––⏑, ⏑––

*ἠρίστησα μὲν ἰτρίου λεπτοῦ μικρὸν ἀποκλάς,* Heph.

Rem perturbavit Plot. Sac. p. 539. 10 qui antispasticum tetrametrum catal. sapphicum priapeum fieri dicit spondeo dactylo bacchio, sed ut secunda bacchii longa fiat positione non sit natura et spondeo vel iambo bacchio simili posteriori et spondeo

––, –⏑⏑, ––⏑, ⏓–, ––⏑, ––

istaec | composu i metra | Sacer dos opti|mă nunc.

Contra vera Hephaestionea doctrina extat apud Diom. p. 505. 19 schol. A. Heph. p. 188. 15. Praeterea Aphthon. p. 89. 4 affert tetrametrum catal. quod habet iambicam coniugationem, ut

Flavo crine superbit et gaudet Aeacides iam

–––⏑, ⏑–⏑–, ––⏑–⏑, ⏑––

ubi dubito an priapeum dixerit neque quidquam sit corruptum Keilio haec coniciente: quod habet pri-

Digitized by Google

mam antispasticam, reliquas iambicas coniugationes, ut

flavo crine superbit et iam gaudet Aeacides.

De trochaeo enim in secundi coli initio cf. Caes. Bass. p. 260. 34 et ipsum Aphthon. p. 88. 8; quo a loco dissentire si videbuntur, quae p. 88. 22 dicit, memento quam parum sibi ubique constans sit Aphthonius. — Reliquis Latinis rei metricae scriptoribus et eis quoque qui alibi Hephaestionem sequuntur, Varroniana priapei mensura probata est, ex qua (v. Caes. Bass. p. 260. 12, p. 268. 1) in duo commata dividitur versus, prius anacreonteon syllabarum octo metrum, choriambicum scilicet vel asclepiadeum, quod fit tertia hendecasyllabi phalaecii divisione, a nobis glyconeum nuncupatum, alterum anacreonteon septem syllabarum deminuta superioris commatis parte, pherecrateum scil alterum, sic

‒‒, ‒⏑⏑‒, ⏑⏓ ‖ ‒‒, ‒⏑⏑‒, ⏓ cf. centim. p. 465. 28 cl. l. 7.

cui non dictus Hylas puer ‖ et Latonia Delos.

Hoc autem versu, quem Vergilius non scripserit priapeum, sed hexametrum dactylicum sic

‒⏖, ‒⏑⏑, ‒⏑⏑, ‒⏖, ‒⏑⏑, ‒⏓

optime et priapeum nasci ex dactylico hexametro dicit Caesius Bassus demonstrari. Similia docent Ter. Maur. v. 2741. sqq., qui versum hexametrum dactylicum dicit, sed Caesii Bassi discipulum hic quoque se praebet neque ita malum, ut contendit Westphal[2] I. p. 147., et Aphthon. p. 150. 32 — p. 152. 30 cl. pp. 119. 1, 144. 28, 165. 3. Dactylica vero posterioribus temporibus, id quod iam saepius vidimus, mensura magis magisque increbuit. Veluti Plot. Sac p. 510. 12 sic dividi iubet versum

‒‒, ‒⏑⏑, ‒⏑⏑, ‒‒, ‒⏑⏑, ‒‒

prorsus neglecta choriambica mensura; nam glyconeum quoque et pherecrateum, quibus constare et ipse dicit

priapeum, dactylice ab eo scandi sic –⏑⏑, ––⏑, ––⏒ et –⏑⏑, ––⏑, –⏓ supra demonstravi. Item [Ps.] Atil pp. 297.29, 299.24 priapeum dicit dactylicum neque dissentiunt ab eo Plot. Sac. pp. 510.12, 516.3, Victorin. p. 215.6, aliam mensuram proferente Diom. p. 512.27, quam citare mea non interest.

idem versus cum diiambis pro antispp. I° et II°.

⏑–⏑–, ⏑––⏑, ⏑–⏑–, ⏑––

*γλυκεῖα μᾶτερ, οὔ τοι δύναμαι κρέκην τὸν ἱστόν,* Heph. Hunc versum Aphthon. p. 130.24 fingit adiectione syllabae ad tetrametrum ionicum a ma. brachycatal. facta sic

–⏑–⏑, ––⏑⏑, –⏑–⏑, –⏓

⏑–⏑–⏑ ––⏑⏑ –⏑–⏑ –⏓

idem versus cum diiambo pro antispasto III°.

⏑––⏑, ⏑––⏑, ⏑–⏑–, ⏓––

amorum comites sunt Venus et Cupido nobis, Aphthon. p. 89.10.

Porro huc inseram iure versum, de quo Aphthon. p. 144.25 haec:

item, inquit, ex glyconio et iambico dimetro catal. (fit)

–––⏑, ⏑–⏑–, ⏑–⏑–, ⏑–⏒

cantu continuit feros et impios gigantas.

tetrametrum acatal. –––⏑, ⏑––⏑, ⏑––⏑, ⏑–⏑–

*Νύμφαις, ταὶς Διὸς ἐξ αἰγιόχω φαισὶ τετυγμέναις,* Heph. cf. Aphthon. p. 172.7; Trich. p. 288.19—289.31 et not.

idem versus *μονοειδὴς* ⏑––⏑, ⏑––⏑, ⏑––⏑, ⏑––⏒

amor sidereus cor pepulit flammigero oestro, Aphthon. p. 88.30; Plot. Sac. p. 538.25, qui Graecum inquit exemplum non inveni, [Ps.] Atil. p. 287.29. — Sed versus quoque *ὁμοιοειδοῦς* qualem Hephaestio affert, notam esse antispasticam mensuram Aphthonio et Diomedi apparet ex v. VI. p. 167.24 et vol. I. p. 505.16, cf. Mar. Victor. 181.6. A reliquis Latinis rei me-

Digitized by Google

tricae scriptoribus versum choriambice scandi supra exposui ubi de asclepiadeis egi.

Quocum asclepiadeo a quibusdam imperitis confundi dicit Plot. Sac. p. 538. 28 hoc

tetrametrum acatal. mixtum, quod constet antispasto choriambo hippio quarto hippio tertio

⏑‒‒⏑, ‒⏑⏑‒, ‒‒‒⏑, ‒‒⏑‒.

Sacerdos do|cens bene vos | formavĭt ad | artes bonas.

Sed ne ipse quidem Sacerdos docentem bene peritumve se praebuit; nam quod *ἐπιχοριαμβικὸν ἀπὸ ἀντισπαστικῆς τρίμετρον* choriambis, hoc vero *ἐπιχοριαμβικὸν ἀπὸ ἀντισπαστικῆς τετράμετρον* antispastis adscripsit, eiusdem generis utrumque esse ut ignoret sequitur, *ἀντιπαθοῦς* scilicet.

tetrametrum hypercatal. ‒‒‒⏑, ⏑‒‒⏑, ⏑‒‒⏑, ⏑‒⏑‒, ⏓

*τὸν στυγνὸν Μελανίππου φόνον αἱ πατροφόνον ἔριθοι,*

Heph. (quem versum ex Varronianorum doctrina sic scandi facile conicias ‒‒, ‒⏑⏑‒, ‒⏑⏑‒, ‒⏑⏑‒, ⏑‒‒⏑); cf. Trich. p. 289. 5 et not., schol. A Heph. p. 189. 2, Mall. Theod. p. 598. 11 qui etiam tetrametrum hypercatal. purum affert l. 3:

rapit tela volans ecce gerens arma Trōĭŭs hērŏs.

pentametrum acatal. ⏑⏑̄‒‒⏑, ⏑‒‒⏑, ⏑‒‒⏑, ⏑‒‒⏑, ⏑‒⏑⏑̄

*Κρονίδα βασιλῆος γένος Αἴαν τὸν ἄριστον πέδ' Ἀχιλλέα*

Heph. cf. Aphthon. p. 88. 32, schol. A. Heph. p. 189. 9 (*ἐξ ὁλοκλήρου τὸ Ἀχιλλέα, ἵνα γένηται ἀκατάληκτον*), Trich. p. 289. 13 et not.

hexametrum brachycatal. exstat apud Plot. Sac. p. 539. 20 hoc

‒‒‒⏑, ‒‒⏑‒, ‒‒‒⏑, ‒⏑⏑⏑, ‒⏑⏑⏑, ‒⏑

antispastus ¦ hos nunc pedes | conclusos re|gens tota de|cem schemata | tradit.

*ια'. περὶ ἀπὸ μείζονος ἰωνικοῦ.*

Hi mihi afferendi erant versus, quod plerique recentium doctorum virorum rati ionicos a maiore versus non scriptos esse ab Alcaeo Sapphone Anacreonte scaenicis poetis, eos



Digitized by Google

choriambico generi attribuunt praemissa anacrusi. Neque vero Varroniani, quos etiam de antispasticis rectius iudicare notum est, ionicos a maiore tractant nisi tetrametrum brachycatalectum sotadeum. Sciens autem versus ab aliis atque Hephaestione allatos qui choriambice nequaquam possunt scandi, ne chartas implerem cumulandis exemplis, omisi, velut monometrum Aphthonii ‚Phoebus comes.'

dimetrum brachycatal. ⏒ - - ⏑ ⏑, - -

*ὥς-]περ ἄνδρα τύραννον* Heliod. in schol. equ. v. 1111.; cf. Aphthon. p. 90. 28, [Ps.] Atil. p. 289. 5, centim. p. 464. 5, Trich. p. 291. 15.

hephthemimeres - - ⏑ ⏑, - ⏑ -

*ἅδ' Ἄρτεμις ὦ κόραι,* Heph.

schol. equ. v. 1111., pac. 856. schol. A. Heph. p. 191. 3; Trich. p. 291. 17.

dimetrum acatal. - - ⏑ ⏑, - - ⏑⏑

vel - ⏑ ⏑ -, - - ⏑⏑

*τίς τὴν ὑδρίην ὑμῶν*

*ἐψόφησ'; ἐγὼ πίνων,* Heph.

*ἐν ᾧ* ait Hephaestio, *οἱ μολοσσοὶ ἐπὶ τῶν ἀρτίων χωρῶν ἐμπίπτουσι καὶ οἱ χορίαμβοι.* Sed neque ipse exemplum versus in quo choriambus esset loco ionici a ma., addit, neque quisquam aliorum talium mentionem facit versuum; adde quod ne in sotadeo quidem plurimarum sane formarum versu chroriambus admittitur pro ionico. Quare dubito an non rectus sit textus Hephaestioneus, consentiente Christio p 491. Ceterum quod M. Theodor. p. 599. 5 affert versum trimetrum hypercatal. hunc

- - ⏑ ⏑, - - ⏑ ⏑, - ⏑ ⏑ -, ⏓

[- ⏑ ⏑, - ⏑]

nihil hoc attinet ad Hephaestionis choriambum; nam et est tertius pes non *ἄρτιος,* et proprius est choriambus iste Mallii Theodori, qui ipse finxit talem versum quo in errore versatur de choriambicorum antispasticorum ionicorum versuum clausulis.

Digitized by Google

dimetrum catal. *ὁμοιοειδὲς* ‒‒⏑⏑, ‒‒⏑‒

hostem tegere est paratus, Plot. Sac. p. 540. 17, cf. [Ps.] Atil. p. 289. 8, M. Theod. p. 599. 17.

dimetrum hypercatal. ‒‒⏑⏑, ‒‒⏑⏑, ‒

*καὶ λάβρον ἐρύκοισα[ν] νεφῶν* Trich. p. 292. 4.

trimetrum brachycatal. ‒‒⏑⏑, ‒‒⏑⏑, ‒⏓

*πλήρης μὲν ἐφαίνεθ' ἁ σελάνα* Heph. Aphthon. p. 92. 1, Trich. p. 292. 12, schol. A Heph. p. 191. 29—p. 192. 2.

idem versus cum epitrito III° pro ionico, v. Plot. Sac. p. 540. 20

idem versus *μονοειδής* ‒‒⏑⏑, ‒‒⏑⏑, ‒⏑

non Idalio sic puer alto [Ps.] Atil. p. 289. 10, cf. Mall. Theod. p. 598. 21, centimetrum p. 464. 8, Trich. p. 292. 8.

trimetrum catal. ‒‒⏑⏑, ‒‒⏑⏑, ‒‒⏑

*ἐν δ' ἀμερίῳ φωτὶ φλέγοισάν με* Trich. p. 292. 15.

trimetrum acatal. ⏓‒⏑⏑, ‒‒⏑⏑, ‒‒⏑⏑

*Κρῆσσαί νύ ποθ' ὧδ' ἐμμελέως πόδεσσιν,* Heph.
*πόας τέρεν ἄνθος μαλακὸν μάτεισαι,* Heph.

‒‒⏑⏑, ‒‒⏑⏑, ‒‒ ‒‒

*τριβώλετερ· οὐ γὰρ Ἀρκάδεσσι λώβα*

cf. Aphthon. p. 90. 30, schol. A. Heph. p. 192. 26; Trich. p. 292. 19, qui eundem versum affert *μονοειδῆ* ib. lin. 17.

trimetrum hypercatal. ‒‒⏑⏑, ‒‒⏑⏑, ‒‒⏑⏑, ‒

lex haec fuit olim puerorum Stephano, Aphthon. p. 90. 32, Trich. p. 292. 23 et cum fine dactylico apud Mall. Theod. p. 599. 5.

tetrametrum brachycatal. ‒‒⏑⏑, ‒‒⏑⏑, ‒‒⏑⏑, ‒‒.

*Ἥρην ποτὲ φασὶν Δία τὸν τερπικέραυνον,* Heph.

cf. Aphthon. p. 52. 35, p. 90. Plot. Sac. p. 541. 18, qui quod tetrametrum catal. Sotadeum nominat, errat, ibid. lin 25—p. 542. 2; [Ps.] Atil. p. 289. 12, centim. p. 464. 10, schol. A Heph. p. 192. 3, Trich. p. 292. 26, quibus locis adde Varronianorum: Caes. Bass. p. 256. 1, p. 261. 12;

Digitized by Google

Ter. Maur. v. 2005.—2055., v. 2833.—2848.; Aphthon. p. 128. sq., p. 144. 10, p. 153. 12; Diom. p. 510. 30; ex Ennii Sota sumpsit exemplum Ps. Censor. p. 1613. 14.

idem versus cum ditrochaeis pro ionicis I° et II°
fit secundum Aphthonium p. 130. 11 adiectione syllabae ad trimetrum choriambicum hypercatal.:

⏑ – ⏑ –, – ⏑ ⏑ –, ⏑ – ⏑ –, ⏓

– ⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏓

tetrametrum catal. ⏑⏑ – – ⏑, – ⏑ – ⏑, – ⏑ – ⏑. – ⏑ –
mea Delia casta pulchra paene siderum decus, Aphthon. p. 91. 3.

idem versus trium vel quattuor ionicorum
Plot. Sac. p. 541. 17, ubi *προςῳδία* vitiosa, et Trich. p. 254. 17

– – ⏑ ⏑, – – ⏑ ⏑, – – ⏑ ⏑, – ⏓ ⏓

*ἐν δ' ἀμερίῳ φωτὶ φλέγοισα ζέσιν ἡλίου.*

tetrametrum acatal. – – ⏑ ⏑, – – ⏑ ⏑, – – ⏑ ⏑, – – ⏑ ⏓
*εὐμορφοτέρα Μνασιδίκα τὰς ἀπαλᾶς Γυριννῶς,* Heph. cf. Heph. p. 37. 12, Plot. Sac. p. 541. 20, [Ps.] Atil. p. 289. 14, Mall. Theod. p. 599. 13, schol. A. Heph. p. 192. 16, Trich. p. 293. 11; *μονοειδῆ* hunc versum scripsit Aphthon. p. 91. 1, hypercatal. exemplum cum fine dactylico finxit Mall. Theod. p. 599. 2. Adde denique versum de quo agit Heph. p. 37. 12

*δέδυκε μὲν ἁ σελάνα καὶ πληΐαδες· μέσαι δὲ*
*νύκτες κτλ.* et

pentametrum brachycatal. purum Aphthonii p. 91. 5. 16.
Dictynna deum progenies aspice quis te chorus astris.

Reliqua prototypa, ionicum scilicet a minore, paeonicum, quibus alia addunt Latini grammatici velut proceleumaticum spondeadeum praeteream.

c. *μέτρα κατ' ἀντιπάθειαν μικτά.*

Cum choriambica *ὁμοιοειδῆ* constent his pedibus
-⏑⏑- et ⏑--⏑

ionica *ὁμοιοειδῆ* his --⏑⏑ / ⏑⏑-- } et -⏑-⏑

eadem metra *κατ' ἀντιπάθειαν μικτὰ* vel

*ἐπιχοριαμβικὰ* constant his -⏑⏑- et -⏑-⏑

*ἐπιωνικὰ* his ⏑⏑-- et { -⏑-⏑ / ⏑-⏑-.[15]

Cuius rei definitionem Hephaestione non addente fusius de ea egit Aphthon. p. 102., l 12—32. Sunt vero

*ἐπιχοριαμβικὰ ἀπὸ τροχαϊκῆς*

dimetrum catal. -⏑-⏑, -⏑⏑-

Phoebe dulce sume merum, Aphthon. p. 145. 33 cf. Plot. Sac. p. 534. 16. — Hoc collato versu versum una syllaba breviorem -⏑ -⏑, -⏑⏑

*νῦν δέ μοι πρὸ τείχεων*

Philoxeno visum esse heptasyllabum choriambicum, id quod tradit [Ps.] Atil. p. 302. 20, non est tam dissimile veri, confundentibus Latinis grammaticis epichoriambica cum choriambicis. Tamen nescio an Keilius in ed. et Westphal. [2] I. p. 226. rectius scripserint ,heptasyllabum choriacum' cl. Aphthon. p. 168. 20.

trimetrum catal. -⏑-⏑, -⏑⏑-, ⏑-⏑

*ποικιλόθρον' ἀθάνατ' Ἀφροδίτα,* Heph.

de quo fusius agit Heph. p. 44. 19—p. 45. 19. Eandem divisionem proferunt Aphthon. p. 162. 25, p. 172. 4, Hor. carm. 1. 1. v. 1. proponens

iam satis ter|ris nivis at|que dirae,

Plot. Sac. p. 535. 9 [Ps.] Atil. p. 297. 5, Diom. p. 521. 17, frgt. bob. II. p. 629. 21; de [Caes. Bass.] et alio Diomedis loco v. infra, ubi de tetram. catal. agam. Contra Varroniani versum aut derivant a tetrametro

---

[15]) cf. Westphal. I [2] p. 81.

trochaico catal. et a trimetro iambico sic
iam satis terris | magisque genibus haerebo tuis
nivis atque dirae | genibus haerebo tuis
velut Caes. Bass. p 267. 2, cl. p. 271. 13 et [Ps.] Atil. p. 294. 1; Aphthon. p. 162. 3. [Ps.] Atil. p. 297. 2, Diom. p. 508. 24; — aut a hendecasyllabo phalaecio uno ex eius tribus trochaeis in initio versus posito sic

‒ ‒, ‒ ⏑ ⏑, ‒ ⏑ ‒ ⏑ ‒ ‒

cursorem tibi vendo Rufe servum

‒ ⏑ ‒ ‒, ‒ ⏑ ⏑, ‒ ‒, ‒ ‒

Rufe cursorem tibi vendo servum
velut Aphthon. p. 155. – 157., [Ps.] Atil. p. 297. 9; Quam ob rem dicunt feriri versum trochaeo et spondio et dactylo et duobus trochaeis sive trochaeo et spondio Mall. Theod. p. 591. 8 (cf. Aphthon. p. 162. 23), centim. p. 466. 2, Ps. Serv. p. 468. 21, Beda p. 255.

His locis facile quomodo ceteri epichoriambici versus, de quibus quid Varroiani indicaverint nescimus, sint ex eorum doctrina feriendi colligas.

Ceterum tribus hendecasyllabis sapphicis praemissis clausulam addi dicit Heph. p. 44. 20 versiculum *πενταϲύλλαβον χοριαμβικὸν πενθημιμερὲς ϲυνεμπῖπτον δακτύλῳ τῷ εἰς δεύτερον τροχαῖον, οἷόν ἐϲτι τὸ*

*πότνια θυμόν.*

Pariter atque Hephaestio utramque ponunt mensuram Aphthon. p. 73. 4, p. 86. 22; [Ps ] Atil. p. 285. 2 cl. p. 288. 7; p. 297. 16, cum illam praetereant silentio Caes. Bass. p. 267. 12, Aphthon. pp. 74. 25, 116. 2, 161. 26, 167. 17, Plot. Sac. p. 516. 22, Diomed. pp. 506. 21, 511. 25, 512. 11. 516. 4, Mall Theod. p. 591. 12, centim. p. 460. 14, frgt. bob. II. p. 629. 21, Ps. Serv. p. 468. 23.

[trimetrum acatal. cum epitritis III.[is] in sedibus I.[a] et II.[a] adde potius p. 20. huius dissertationis.

*κοὐκ ἐϲθ' ὅπως οὐ τήμερόν τι λήψεται* nubb. 1307.

⏓ ⏑ ⏑ ‒ ⏓ ⏑ ⏑ ‒ ⏑ ⏑ ⏑ ‒.

Digitized by Google

Videtur scholiastae esse *χοριαμβικὸν ἐξ ἐπιτρίτων τρίμετρον καταληκτικόν* (lege *ἀκατάληκτον;* dicit enim choriambos

–⏓⏑–, –⏓⏑–, ⏑––⏑–)]

Huc inserendi sunt versus quos affert Aphthonius pp. 144.–146. quamvis in parte Varroniana neque adscripto epichoriambicorum nomine quod omnino non invenitur in Latinis de re metrica conscriptis libris:

tetrametrum brachycatal.

–⏑⏑–, ⏑–⏑–, –⏑–⏑, ––⏑

Lydia dic precor mihi cur tacere nolis p. 144. 21.

tetrametra catal.

–⏑⏑–, ⏑–⏑–, –⏑–⏑, –⏑–

Lydia dic precor mihi unde dona quae geris p. 144. 10, p. 146. 10

–⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑–⏑, –⏑⏓

Lydia dic quid retices cur venire perneges p. 144. 23

–⏑–⏑, –⏑–⏑, –⏑⏑–, ⏑–⏑

Juppiter beatus ille Lydia dic per omnes p. 145. 30

adde p. 104. 2: ‚sunt item quae primam trochaicam, secundam choriambicam, tertiam trochaicam, sed et quartam syllaba breviorem coningationem habeant, quorum exempla pherumque apud comicos in Diphili et Menandri comoediis reperiuntur'. Dicit Aphthonius Eupolideum *συναρτητικὸν*, quod Hephaestioni quoque fuisse notum colligere licet ex p. 59., l. 1—6. cl. p. 36., hunc scil. versum –⏑–⏑, –⏑⏑–, –⏑–⏑, –⏑–. Cum Mall. Theod. quoque p. 336. 10. Hephaestioneam doctrinam exhibeat, Aphthonius p. 144. 6, p. 145. 35. Varronianorum mensuram secutus docet versum esse tetrametrum trochaicum catal. quartum iambum habentem. Tetrametris Aphthonius, si quae esset versuum epichoriambicorum vis et natura intellexisset, dubito an additurus versum Horatii fuerit

–⏑–⏓, –⏑⏑–, –⏑⏑–, ⏑–⏑

Digitized by Google

te deos oro Sybarin cur properas amando,

de quo quid veteres senserint vide locis quos pp. 14. et 22. attuli inspectis. Nec tunc habuisset Aphthonius cur vitiosum epitritum vituperaret, qui aeque atque in tetrametro admittitur in trimetro

–⏑⏑⏓, –⏑⏑–, ⏑–⏑

iam satis terris nivis atque dirae.

Sed hic quoque epitritus reprehenditur ab [Caes. Bass.] p. 305. 17, qui quomodo nascatur pes parum perspiciat et pro puro choriambo, non pro dipodia trochaica positum eum esse arbitretur sic feriens versum

–́⏑⏓–́, –⏑⏑– (–⏑⏑–) ⏑––⏑.

Pariter Diomedes p. 521. 6 versum

Mercuri facunde nepos Atlantis

dicit constare duobus choriambis et bacchio, cui loco Keil qui mutatione abstinuit, quin melius consuluerit quam Gaisford dubium non est. — Augustinus p. 813. dimetitur versum cretico silentio unius temporis ionico a mai. epitrito II°.

–⏑–∧ | ––⏑⏑ | –⏑––.

*ἐπιχοριαμβικὰ ἀπὸ ἀντισπαστικῆς*

⏑––⏑, –⏑⏑–, ⏑–⏒

*ὁ Μουσαγέτας με καλεῖ χορεῦσαι* Heph.

cf. Plot. Sac. p. 535. 4, qui graecum exemplum inquit non inveni, et adde versum ab eodem p. 538. 21, propositum quem p. 35. exscripsi.

*ἐπιωνικὰ ἀπὸ μείζονος.*

trimetrum catalecticum

⏓–⏑–, ⏒–⏑⏑, –⏑–

*ὦ 'ναξ Ἄπολλον παῖ μεγάλω Διός,* Heph.

cf. Diom. p. 520. 29, Plot. Sac. p. 541. 2 qui proponunt versum

vides ut alta stet nive candidum,

cuius mensuram Varronianam exhibet Caes. Bass.

Digitized by Google

p. 268. 15 qui prius inquit comma esse trimetri iambici partem

vides ut alta | genibus haerebo tuis,

posterius pentametri heroi hemistichium

| stet nive candid(ul)um

‿‿‿, ‿‿(‿), ‿

cf. Aphthon. p. 166. 12, p. 172. 20, [Caes. Bass.] p. 306. 15, Diom. p. 521. 1, Mall. Theod. p. 591. 2, frgt. bob. II. p. 629. 17, centim. p. 466. 17, Ps. Serv. p. 470. 13;

posse vero addit Caesius videri alterum comma partem versus choriambici, dimetrum brachycatal. scilicet, sic

Maecenas atavis | stet nive candidum;

cf. [Ps.] Atil. p. 301. 16, Diom. p. 509. 32[16])

trimetrum acat. ‿‿‿‿, ‿‿‿‿, ‿‿‿‿

*ἰόπλοχ᾽ ἁγνὰ μελλιχόμειδε Σάπφοι.* Heph.

tetrametrum catal. ‿‿‿‿, ‿‿‿‿, ‿‿‿‿, ‿‿‿

*τοιοῦτος εἰς Θήβας πάϊς ἀρμάτεσσ᾽ ὀχήμενος.* Heph.

*ἐπιωνικὰ ἀπ᾽ ἐλάσσονος.*

trimetrum acatal. ‿‿‿‿, ‿‿‿‿, ‿‿‿‿

*περισσόν· αἲ γὰρ Ἀπόλλων ὁ Λύκηος.* Heph.

trimetrum acatal. anaclomenon ‿‿‿‿, ‿‿‿‿, ‿‿‿‿

*ἔχει μὲν Ἀνδρομέδα καλὰν ἀμοιβάν.* Heph.

tetrametrum catal. ‿‿‿‿, ‿‿‿‿, ‿‿‿‿, ‿‿‿

fuisse Hephaestioni notum apparet ex p. 58. 17.

---

[16]) Diomedis loco qui est p. 521. 31 ne ego quidem mederi ausim. Tamen hic choriambicae mensurae mentionem fieri, id quod Italis placuit, qui scribi iubebant

hippius tertius, *semipes*, choriambus, *iambus*

o matre pulchra filia pulchrior

eam ob rem non negem, quod, qua est inconstantia,' Diom. p. 521. 12 et p. 522. 4 quoque diversissimam eiusdem versus profert mensuram. Sane ex Italorum coniectura ‚bacchius' quam vocem exhibent codd. mss., delenda est; sed neque Keiliana neque, credo, alia accepta poterit haec vox retineri in textu.

## II. *Μέτρα ἀσυνάρτητα*, metra inconexa.

i. e. metra, quorum in versibus insunt pedes catalectici non in fine sed in mediis versibus positi.[17]

a. *ἐπισύνθετοι.*

i. e. versus, quorum in colo altero insunt pedes *τρίσημοι* in altero *τετράσημοι.*[18])

*α.* ⏓ –, ⏕ –, ⏕ –, ⏑ | – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑

*Ἐρασμονίδη Χαρίλαε, χρῆμά τοι γελοῖον,*

quo in metro ut ait Heph. p. 48., ei qui post Archilochum fuerunt neque caesuram servabant, *καὶ μέντοι καὶ τοὺς σπονδείους παρῃτήσαντο τοὺς ἐν τῷ μέσῳ, .... οὐχ ὡς ἀναπαιστικὸν ἡγούμενοι, ἀλλὰ πσοσοδιακὸν τὸ ἐξ ἰωνικῆς καὶ χοριαμβικῆς τῆς ἰωνικῆς καὶ βραχεῖαν τὴν πρώτην δεχομένης,*

– ⏑ ⏑, – ⏑ ⏑ –, ⏑ – ⏑ –, ⏑ ⏑ ⏑

Adde schol. A. Heph. p. 202. l. 26. *τὶ δὲ προσοδιακὸν .... συνέστηκε ... ἐξ ἰωνικοῦ τοῦ ἀπὸ μείζονος καὶ χοριαμβικοῦ,* exemplum prosodiaci Hephaestioneum:

*αὐτά δέ συ Καλλιόπα,*

maioris versus, quod affert schol. A. Heph. p. 203. 19:

*ὦ δέσποτα, καὶ τάδε νῦν ἄκουσον ἃ 'ν λέγω σοι* (Eupol. *πόλεσιν*) de quo *ἰστέον δὲ ὅτι τὸ προσοδιακὸν δέχεται ἰωνικὸν ἀπὸ μείζονος ἢ παίωνα δεύτερον ἢ μολοττὸν καὶ χορίαμβον* schol., versum ab Aphthon. p. 146. 18 laudatum

– – ⏑ ⏑, – – ⏑ ⏑, – ⏑ ⏑ –, ⏑ –

dic nunc age Clio mihi Pegaseum melos.

Ceteris ab Hephaestione allatis versibus episynthetis licet supersedere exscribendis.

b. *μονοειδές.*

c. *ἀντιπαθῆ.*

*ιβ.' Ἀνακρέων* ait Heph. p. 55. 4 *δὲ οὐκ ἰαμβικῷ ἀλλὰ ἐπιμίκτῳ πρὸς τὰς ἰαμβικὰς ἐπήγαγε τὸ ἰθυφαλλικόν*

---

17) Westphal. ²I p. 181.

18) Westphal. l. l. p. 182.

Digitized by Google

⏑⏑⏑–, ⏑⏑⏑– | –⏑ –⏑ –⏑

*τὸν μυροποιὸν ἠρόμην Στράττιν εἰ κομήσει*

ubi ll. mss. *λυροποιὸν*. cf. schol. A. Heph. p. 210. l. 3.—5.

*ιγ'*. ibid. l. 8. sqq. *τὸ καλούμενον Κρατίνειον . . . . ἔστι γὰρ ἐκ χοριάμβου ἐπιμίκτου, τοῦ τὴν δευτέραν ἰαμβικὴν ἔχοντος, καὶ τροχαϊκοῦ ἑφθημιμεροῦς.*

⏑⏑⏑–, ⏑⏑⏑– | –⏑–⏑–⏑–

*εὐϊε κισσοχαῖτ' ἄναξ, χαῖρ', ἔφασκ' Ἐκφαντίδης,*

*. . . . Εὔπολις δὲ ἐν τοῖς Ἀστρατεύτοις . . . . πῆ μὲν . . . τοιαῦτα ποιεῖ . . . . πῆ δὲ τοιαῦτα*

⏑⏑⏑–, ⏑⏑⏑– | –⏑⏑–, ⏑⏑⏑

*καὶ ξυνεγινόμην ἀεὶ τοῖς ἀγαθοῖς φάγροισιν,*

*ὥςτε ὅλον αὐτὸ χοριαμβικὸν ἐπίμικτον γενέσθαι, ὅμοιον Ἀνακρεοντείῳ τῷδε*

*Σίμαλον εἶδον ἐν χορῷ πηκτίδ' ἔχοντα καλήν.*

cf. schol. A. Heph. p. 211. 17

d. *μονοειδῆ καὶ ὁμοιοειδῆ.*

*ιδ'. τὸ ἐκ ἀντισπαστικῶν . . . καταλ. δίμετρον δικατάληκτον, ὁ Φερεκράτης ἑνώσας σύμπτυκτον ἀνάπαιστον καλεῖ, ἐν τῇ Κοριαννοῖ*

*ἄνδρες πρόσχετε τὸν νοῦν ἐξευρήματι καινῷ*
*συμπτύκτοις ἀναπαίστοις.*

cf. p. 23. et schol. A. Heph. p. 210. 21—p. 211. 11.

*ιζ'. καὶ τὸ ἐκ χοριαμβικῶν ἑφθημιμερῶν τῶν εἰς τὴν ἰαμβικὴν κατακλεῖδα ἡ* <*Σαπφὼ ἑνώσασα*>

*ὄλβιε γαμβρέ, σοὶ μὲν δὴ γάμος ὡς ἄραο.* cf. p. 18.

## *Μέτρα πολυσχημάτιστα.*

Recte de his Plot. Sac. p. 545. 16 Asynarteta metra, i. e. inconvenientia (dicit re vera polyschematista) fiunt modis duobus, aut cum pes non suo loco ponitur (sed *ὑπερτίθεται;* exemplum vide schol. Heph. p. 212. 24); ac si quis in iambico metro spondeum pedem secundo vel quarto loco ponat (et in trochaico [primo et] tertio).[19]

[19]) cf. Westphal. [2] I. p. 183. Schol. A. Heph., qui quae dixerit

Digitized by Google

a. Priapeum metrum antispasticum, cui est diiambus pro antispasto secundo ex Hephaestionis sententia, *καὶ χοριαμβικῇ* potest *χρῆσθαι τῇ δευτέρᾳ*

⏓ × – ⏑, ⏑ – ⏑ –, ⏓ ⏑ – ⏑, ⏑ – ⏑

– ⏑ ⏑ –

*οὐ βέβηλος, ὦ τελεταὶ τοῦ νέου Διονύσου,*

cf. schol. A. Heph. p. 212. 24 *ὑπερτιθεμένου γὰρ τοῦ τῆς μακρᾶς χρόνου ἐν τῷ ἰαμβικῷ γίνεται χορίαμβος.* Non igitur ex. gr. loco choriambi diiambus ponitur, sed syllabae iambi commutantur. Porro Hephaestio: *καὶ τὸν ἀντίσπαστον ἔσθ' ὅτε . . . . εἰς σπονδεῖον περαιοῦσιν*

⏓ – – ×, ⏓ × ⏑ –, ⏓ × – ⏑, ⏑ – ⏓

*κἀγὼ δ' ἐξ εὐεργεσίης ὠργιασμένος ἥκω.*

de qua re schol. p. 132. 8 *πάλιν οὖν μακρὰ γενομένη ἡ τελευταία καὶ σπονδείῳ τὸ τελέσασα σχῆμα τὸ πολυσχημάτιστον ποιεῖ.* cf. p. 214. 15.

b. forma glyconei versus (dimetri antispastici acatal. *ὁμοιοειδοῦς*)

*καλὰ γεροιὰ εἰσομένα*

⏑ × × – ⏑, ⏓ × ⏑ –

de quo versu schol. p. 213. 21 *ὁ πρῶτος λέλυται εἰς τρίβραχυν, . . . . εἶτα εἰσομένα ὑπερτόθεμένης* [sic quin recte emendatum sit *ὕπερθεν*, quod exhibent libb., coll. p. 212. 24 dubitari nequit] *τῆς ἐν τῷ ἰαμβικῷ μακρᾶς εἰς τὸ χοριαμβικὸν σχῆμα· διὸ γέγονε πολυσχημάτιστον.* Porro

*δούρατος ὥστ' ἐφ ἵππω*

⏓ × × ⏓, ⏑ – –

de quo schol. p. 214. 29 *ὁ γὰρ πρῶτος ἀντίσπαστος ἄνω στρέψας τὸν τελευταῖον τροχαῖον, πεποίηκε καθαρὸν χορίαμβον* (primus enim antispasti pes non semper iambus debet esse, sed est unus ex disyllabis) *τοῦ πρώτου ὄντος τροχαίου.*

---

singulis locis adscribam, verbis videmus, *ὑπέρθεσιν* illam esse syllabarum pedis disyllabi commutationem, non tetrasyllabi, velut

⏑ –

– ⏑

Digitized by Google

*προφανὴς Γλαύκου δέ τις ᾄδων*

⏑ ⏑ – –, – ⏑ ⏑ –, –

schol.: *ἀντίσπαστος καὶ χορίαμβος καὶ συλλαβή.*

c. Tertium metrum enumerat *τὸ κωμικὸν τὸ καλούμενον ἐπιωνικὸν* Hephaestio, quod *πολυσχημάτιστον* est propter *τὴν ἀταξίαν τὴν τοὺς σπονδείους ἐπὶ ἀρτίους χώρας ἔχουσαν τῶν ἰαμβικῶν συζυγιῶν*

– – – –, ⏑ ⏑ – –, ⏑ – ⏑ –, ⏑ ⏑ –

*ὦ καλλίστη πόλι πασῶν ὅσας Κλέων ἐφορᾷ.*

Cuius metri mensura Hephaestionea afferenda mihi est visa, quod ab eo choriambici divisum esse versum suspicatus sit quispiam vel potius epichoriambice:

– ⏑⏑ –, – ⏑ ⏑ –, – – – ⏑, – ⏑ ⏑ –

d. Eupolideum epichoriambicum polyschematistum est *ἐν ᾧ τὰς τροχαϊκὰς παρὰ τάξιν ποιοῦσι δέχεσθαι τὸν σπονδεῖον· ἐνίοτε δὲ καὶ ἀντισπαστικὸν καθαρὸν ποιοῦσιν,* οἷον

– – – –, – ⏑ ⏑ –, – ⏑ – ⏑, – ⏑ ⏑

*εὐφράνας ἡμᾶς ἀπόπεμπ' οἴκαδ' ἄλλον ἄλλοσε.*

⏑ – – ⏑, – ⏑ ⏑ –, – ⏑ – ⏑, – ⏑ –

*ὁ σώφρων τε χὠ καταπύγων ἄριστ' ἠκουσάτην.*

e. Cratineum *ἀσυνάρτητον ἐκ χοριαμβικοῦ καὶ τροχαϊκοῦ πολυσχημάτιστον* esse dicit Hephaestio in Eupolidis Astrateuton parabasi. Fusius de re egerunt ipse p. 55. 15 et schol. p. 215., qui in puro Cratineo inesse choriambicam iambicam trochaicam syzygiam et clausulam trochaicam docet; in polyschematistis in iambicis et trochaicis *παρὰ τάξιν* spondeum poni, velut

– ⏑ ⏑ –, ⏑ – ⏑ –, – ⏑ – ⏑, – ⏑ ⏑

*ἄνδρες ἑταῖροι, δεῦρ' ἤδη, τὴν γνώμην προ[ς]ίσχετε,*

*ἡ δευτέρα ἰαμβικὴ οὖσα ἐν τῇ ἀρτίῳ ἔχει τὸν σπονδεῖον . . . .,*

*ἡ τρίτη τροχαϊκὴ οὖσα ἐν τῇ περιττῇ ἔχει τὸν σπονδεῖον*.

cf. p. 215. 23.

Videmus igitur, ut summam huius capitis addam, logaoedicos versus non esse e doctrina veterum nisi dactylice *πρὸς δύο τρισὶ τέτταρσι* anapaesticaque; *πρὸς ἑνὶ* quae

Digitized by Google

occurrunt, non ea esse quae nos dicimus logaoedica; choriambica μονοειδῆ, quae constant puris choriambis, a monometro produci usque ad heptametrum; esse choriambica cum basi perversā posteriorum temporum doctrina antispastice divisa, inde a monometro hypercatalecto usque ad pentametrum brachycatalectum; ionica a maiore non placuisse Varronianis nisi in Sotadeo, compluria Hephaestioneis probata esse; epichoriambica esse, in quibus cum choriambicis pedibus coniunctae sunt dipodiae trochaicae; nonnulla asynartetōn in choriambicis esse numeranda; denique polyschematista fieri metra choriambica passa hyperthesin vel epitritos loco diiamborum vel ditrochaeorum.

Finem faciam huic capiti cum moneam *formas* versuum fere non esse fictas a grammaticis; nam velut Trichae formae non commemoratae ab ullo alio grammatico saepius reperiuntur apud Aristophanem, Heliodori sane si colometriam sequimur; contra *exempla* versuum saepissime excogitata esse a grammaticis ipsis; qua in re laudandus Hephaestio, qui semper revocet ad poetarum versus.

Digitized by Google

# Caput II.

## Qui versus sint choriambici ex huius aetatis vv. dd. sententia.

Sequantur iam recentiorum de versibus choriambicis hisque cognatis sententiae. Ad quas revocaremne, cum singulatim quid de quaque versuum forma viri docti sentirent, adscriberem, an in unum caput complecterer totam enarrationem cum diutius haesissem, postremo hoc facere e re est visum his de causis. Non solum molestissimum fuit in tertio capite iterum atque iterum incipiente de alia re dissertatiuncula, singulorum exponere sententias; sed etiam hoc modo si rem egissem, quid in universum de logaoedicis choriambicis ionicis discernendis versibus iudicarent viri docti, non sat liquisset re discerpta et dispersa; contra contexte ea enarrata cum uniuscuiusque systema fit perspicuum *tum quomodo inde ab initio saeculi provinciā ut ita dicam choriamborum magis magisque comminuta creverit logaoedicorum, apparet. Historiam* autem studiorum metricorum si conspicimus et quomodo universa ratio sit mutata, magis manifesta fit veritas, cum quae de *singulis* versibus aliter atque veteres iudicant recentiores, pendeant ex cognitione metrorum *generali*, qua exposita quasi *αὐτόματοι* diluuntur et solvuntur falsae de choriambis sententiae. Inde factum, ut plerumque liceret omittere refutationes longas. Et falsa igitur atque ea posterioribus temporibus refutata, et recta a viris doctis proposita enarrabo, illa, ne infra impediamur controversiis futilibus,

4

Digitized by Google

haec, ut quasi fundamentum parem tertio capiti. *Recte vero inventa quae mihi videbuntur, notabit typotheta litteris cursivis.*

J. H. Voss

in libro quem inscripsit Zeitmessung der deutschen Sprache publici iuris facti Regiomonti a. 1802., saepius Graecorum laudat versus quibus illustret vim atque indolem metrorum. Dignus vero cuius hic fiat mentio est eam ob rem, quod *primus*, si quid video, *in choriambo latere dactylicam dipodiam intellexit.* Praeterea ex eis, quae dicit, haec scire nostra interest. p. 199. censet versus dimetros atacal. choriambicos, quibus sit epitritus II. loco primi choriambi, apud Pindarum inveniri, hos scil. –⏑⏑–, –⏑⏑–. Contra quem versum veteres tetrametrum choriambicum catal. cum epitrito II. loco primi choriambi vel ditrochaei posito censuerant

–⏑––, –⏑⏑–, –⏑⏑–, ⏑–⏓

te deos oro Sybarin cur properas amando,

eum Voss p. 199. fictum esse putat praemisso cretico pede versui trimetro choriambico catalectico cum basi, qualis est

*Κρῆσσαί νύ ποϑ' ὧδ' ἐμμελέως πόδεσσιν*

•, –⏑⏑–, –⏑⏑–, ⏑–⏓:

–⏑–|•, –⏑⏑–, –⏑⏑–, ⏑–⏑

Immerhin | sei, taub der Musik, Schulenbarbar und Weltmann.

*Illud Κρῆσσαί νύ ποϑ' κτλ. enim ionicum versum a maiore negat esse* nixus eis idem genus versibus, qui a brevi incipiant syllaba, velut

*πόας τέρεν ἄνϑος μαλακὸν ματεῦσαι,*

qua re primam syllabam anacrusin esse habendam fiat apertum. — Tamen cur pugnet cum Hephaestione, e cuius doctrina versum te deos cett. in epichoriambicis versibus potius numerandum esse supra demonstravi, causam esse versimilius est quod hanc Hephaestionis doctrinam non novit quam quod argumenta, quibus eum vinceret, habuit, cum Westphalii demum opera haec doctrina quae est de

Digitized by Google

epichoriambicis et epionicis, facta sit perspicua. — Porro Voss in choriambicis numerat similiter atque illud *Κρῆσσαί νύ ποθ' κτλ.* versum et ipsum ab Hephaestione ionicum a maiore nuncupatum

*δέδυκε μὲν ἁ σελάνα καὶ πληΐαδες· μέσαι δὲ*

˘ – ˘ ˘ ˘, – – ˘ ˘ –, – – ˘ ˘ ˘, – – ˘ ˘ –,

quem constare censet binis versus

*ἀναπέτομαι δὴ πρὸς Ὄλυμπον πτερύγεσσι κούφαις*

– ˘ ˘ –, ˘ – –

novissimis pedibus bis repetitis addita utrique parti anacrusi

.| – ˘ ˘ –, ˘ – – ‖ .| – ˘ ˘ –, ˘ – –.

Versus vero

*κατθνάσκει Κυθέρη' ἁβρὸς Ἄδωνις· τί κε θεῖμεν;*

neque antispastici ei videtur esse numeri neque choriambici, immo ionici a minore admisso molosso pro ionico primo

˘˘ – –, ˘ ˘ – –, ˘ ˘ – –, ˘ ˘ – ˘

cuius molossi affert exemplum *Διονύσου σαῦλαι Βασσαρίδες.* Neque consentit cum Hephaestione in asclepiadeo minore versu dimetiendo, quem choriambicum esse mavult quam antispasticum, quod complures in uno versu non inesse antispastos persuasum habet; de qua re liceat eius ipsius verbis uti: Es scheint inquit die Regel der griechischen Rhythmik zu sein, dass die widerstrebende Stockung des Antispasten, die gleich einer Dissonanz in der Musik unruhig erregt, sich bald in freiere Bewegung auflösen muss. — His si addidero Vossium in versiculi brevioris – ˘ ˘ – ˘, utrum dactylicus esset – ˘ ˘, – ˘ an choriambicus – ˘ ˘ –, ˘ diiudicanda quaestione nixum esse potissimum incisione, omnia a me allata esse credo quae huc pertinent. Obiter tamen commemoro, ne credas ea quae ipsum Vossium indagavisse dici, deprompta esse ex Hermanni libro, quem primum scripsit ‚Handbuch der Metrik' a. 1799., huic fere alia visa esse de his metris. Vossium sequatur

**Th. Gaisford**

qui rei metricae operam navavit cum ederet Hephaestionis



Digitized by Google

enchiridion Terentiani Mauri de syllabis et metris Procli chrestomathiam grammaticam. Cuius libri utor secunda editione anni 1855. Ante vero Boeckhium Hermannumque eius mentionem facere malui, quod Hephaestionis, cuius verba explicare studet collatis et aliorum grammaticorum locis et ipsis poetarum versibus, fere ubique iam se praebet credulum discipulum. Nam rhythmica studia, quibus postea clarissima ut Hermanni verbis utar, accensa est lux rei metricae, plane neglexit. Commemorat vere choriambici dimetri catal. praeter

–⏑⏑–, –⏑⏑– has formas

| | |
|---|---|
| –⏑⏑–, ⏑–⏑– | ⏓–––, ⏑––⏑– |
| ⏑––⏑–, ––⏑⏑– | –⏑⏑–, ⏑––⏑⏕ |

dimetri catal. hanc ⏕⏑⏑⏕, ⏑––.

Versus quibus finiri solent strophae, aut vult esse choriambicos catal. velut

*χερσὶν ὁμοσπόροισιν* –⏑⏑–, ⏑–⏓

aut logaoedicos velut

*Ἀτρεί]δαις ἀχόρευτα φέρουσ' ὀνείδη* –⏑⏑, –⏑⏑, –⏑, –⏓.

Sequuntur dimetrorum trimetrorum tetrametrorum formae variae admisso diiambo. Dochmios et pherecrateos censet antispastici numeri esse, glyconeum choriambici, versum enneasyllabum Sapphicum

*καὶ κνίσσῃ τινὰ θυμιήσας*

sat habet annotasse ab Hermanno logaoedicum cum basi censeri, cum expressis verbis comprobet logaoedicum phalaecii mensuram ab Hermanno propositam. Tamen versus

*τίλλει τοὺς κυάμους ἀσπιδιώτης*

mensuram antispasticam in secunda quoque editione retinuit pariter atque asclepiadei et priapei. Quae afferre singula taedet. Rem enim non prorsus perspiciens Gaisford modo assentitur Hephaestioni, modo recipit Hermanniana, nulla re nova quam ipse invenit, in medium proposita, ita ut non sit ullius pretii liber nisi exemplis sedulo congestis.

Digitized by Google

Unum fortasse memorabile, quod glyconeum censet constare antispasto et choriambo

⏑––⏑ | –⏑⏑– |

*hasque recipere formas*

| | | |
|---|---|---|
| ⏑⏑⏑⏑–⏑ \| –⏑⏑– | ⏑⏑⏑⏑– \| –⏑⏑– | –⏑⏑⏑⏑ \| –⏑⏑– |
| ⏑––⏑⏑ \| –⏑⏑– | –––⏑ \| –⏑⏑– | –⏑⏑⏑– \| –⏑⏑– |
| ⏑⏑⏑–⏑⏑ \| –⏑⏑– | ⏑––– \| –⏑⏑⏑⏑ | –⏑⏑–– \| –⏑⏑– |
| ⏑–⏑– \| –⏑⏑– | ⏑⏑–– \| ––⏑– | ⏑⏑–⏑⏑ \| –⏑⏑– |
| ––⏑– \| –⏑⏑– | –––– \| –⏑⏑– | –⏑–– \| –⏑⏑– |
| –⏑–⏑ \| –⏑⏑– | ⏑⏑––⏑ \| –⏑⏑– | ⏑⏑–⏑– \| –⏑⏑– |

*Hac in re non erravit, siquidem ultimis quattuor syllabis fit choriambus,* de qua re vide infra. *Ultimam formam vidit frequentatam esse in scoliorum versu tertio;* quam sequi versum ex binis dactylis creticisque sive ex binis choriambis iambisque compositum velut

*Παλλὰς Τριτογένει' ἄνασσ' Ἀθηνᾶ*
*ὄρθου τήνδε πόλιν τε καὶ πολίτας*
*ἄτερ ἄλγεων καὶ στάσεων* (divide ⏑⏑ | –⏑— –⏑⏑–)
*καὶ θανάτων ἀώρων σύ τε καὶ πατήρ.* { –⏑⏑, –⏑–, –⏑⏑, –⏑– / –⏑⏑ –, ⏑–, –⏑⏑ –, ⏑–;

choriambum aliis quoque pedibus saepe censet subiungi, velut

| | | |
|---|---|---|
| iambo S. Ai. v. 605. | *χρόνῳ τρυχόμενος* | [⏑ — –⏑⏑– |
| trochaeo E. Hipp. v. 535. | *οὔτε γὰρ πυρός οὔτ'* | –⏑ –⏑⏑– |
| tribracho E. I. A. v. 1060. | *παρὰ δὲ λευκοφαῆ* | (⏑⏑⏑ –⏑⏑–) |
| spondeo S. El. v. 472. | *εἰ μὴ 'γὼ παράφρων* | — — –⏑⏑– |
| cretico E. Alc. v. 605. | *τὰν Μολοσσῶν τίθεται* | –⏑ — –⏑⏑– |
| molosso S. Trach. v. 639. | *ἐνθ' Ἑλλάνων ἀγοραὶ* | — –⏓ –⏑⏑– |
| bacchio S. Ant. v. 809. | *λεύσσουσαν ἀελίου* | — –⏑ –⏑⏑– |
| amphibracho E. I. A. v. 208. | *τὸν ἁ Θέτις τέκε καὶ* | ⏑ –⏑ –⏑⏑– |
| antibacchio E. Or. v. 825. | *βεβάκχευται μανίαις* | ⏑ –⏓ –⏑⏑– |
| paeoni I. E. Or. v. 1429. | *ἁ δὲ λίνον ἠλακάτα* | —⏑⏑⏑ –⏑⏑– |
| paeoni IV. E. I. A. v. 1061. | *ψάμαθον εἱλισσόμενος* | ⏑⏑⏑— –⏑⏑–] |

*Bene haec congessit,* sed sunt versus rhythmice spectandi sicut adscripsi.

Digitized by Google

## A. Boeckh

qui cum alibi tum parte secunda tomi primi editionis Pindari metra eius explicavit, pariter atque Hermann restitiut et refovit studia metrica. Qui non dissertis verbis pugnat cum grammaticis sed quae ei videntur nixo potissimum natura rhythmi ponere solet quamvis contraria doctrinae illorum. Atque universam eius doctrinam quamvis obiter referre longum est; sat igitur habeo formas versuum, quae ei videntur afferre. Enumerat in capite quod est ,de versibus logaoedicis et dactylicis et anapaesticis et de dactylicis cum basi et iambo'[20]) *dactylicos* non logaoedicos x̱⏑ –́⏑⏑ –⏒ adonium cum basi, qui dicitur *pherecrateus*, ⏑–́ –́⏑⏑–⏑ adonium praemisso iambo, alios, *dactylicos vero logaoedicos, in quibus dactylum levem esse dicit sive irratianalem* secutus Apelium, de quo infra dicetur, hos: –́⏑⏑ –⏑ –⏒, *quem dactylicum simplicem, i. e. πρὸς ἓνὶ* dupliciter trochaicum nominare ei est visum, *eundem catal.* –́⏑⏑ –⏑– (cf. p. 11.), *deinde* –́⏑⏑ –⏑ –⏑–⏒, *alios*, quibus divisis iam licet videre eum longe recedere a grammaticorum doctrina; quam ob rem nolui omnia eius exempla afferre. Sed dignum quod seorsum laudetur est *quod anacrusin et basin praemitti vult Boeckh logaoedis*, velut

– –́⏑⏑–⏑ –⏒

*ἅπερ κλυμένοιο παῖδα* O. IV. ep. v. 1.

*et in aliis, qui versus ionici a maiore sunt ex veterum doctrina; porro proponit* x̱⏒ –́⏑⏑ –⏑–⏒, *eundem catalecticum* x̱⏒–́ ⏑⏑ –⏑–⏑, *qui dicitur glyconeus, dactylicum simplicem tripliciter trochaicum acatalectum qui est phalaecius hende-*

---

[20]) de anacrusi v. p. 15., de basi p. 65. Hanc docet esse ordinem trochaicum ex uno pede –⏑ trochaicis dactylicisque ordinibus praefixum; quem quoniam integer per se sit ordo, accipere syllabam ancipitem et fieri spondeum soluta vero arsi ⏑⏑⏑ vel ⏑⏑–, [praeterea vel iambicam esse vel pyrrhichiam basin.]. — Qua doctrina quantopere commutetur veterum de versibus choriambicis sententia, non est quod dicam fusius.

Digitized by Google

*casyllabus* ⏓⏑ ´⏑⏑ –⏑ –⏑ –⏑, *catal. eundem* ⏓⏑ ´⏑⏑ –⏑–⏑–, dactylicum simplicem dupliciter trochaecum praemisso iambo ⏑´ ´⏑⏑ –⏑ –⏑–, ut ἐνικὰν ἀλιτόξενον O. XI., str. v. 6. — Sed videamus alia metrorum genera, quorum non paucos versus ascripsit Boeckh logaoedico, antispasticum choriambicum ionica. Displicent ut ab antispasto incipiam ei (v. p. 80.) pariter ac Vossio versus qui constant compluribus antispastis. Neque apud Pindarum eos inveniri nisi tales dicit p. 148., ubi in initio versus basi trochaicae purae purus praemittatur iambus, velut ⏑´ | ⏓⏑´ ⏑⏑ –⏑–. *Neque vero posse comparari antispasticum rhythmum cum choriambo ionicisque,* quia sit ille pes ex iambo et trochaeo, hi ex dactylo facti et pyrrhichio (p. 91.). Choriambicum enim ionicaque genera docet una paribus numeris ter positis constare ⏑⏑ ⏑⏑ ⏑⏑, quo fiat soluto uno ex ternis disemis temporibus vel –⏑⏑´ vel ⏑⏑–´ vel –⏑⏑–; in quibus singuli pedes disiungi soleri incisione; hos vero choriambicos, ubi post singulos pedes finiatur vocabulum, posse pro catalecticis dimetris dactylicis haberi (p. 17.) interposita prosthesi; sed etiam sine pausis posse ea recitari, quod faciendum videatur ibi imprimis, ubi cum fine pedis vocabulum non soleat finiri; choriambico rhythmo substitui trochaicam aut iambicam formam, de qua re dicit fusius l. I. c. XV. Enumerat vero has formas: ex choriambo perfecto factos versus lyricos Ionicorum et Aeolensium, Anacreontis Alcaei Sapphus aliorumque eroticorum –⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑–; simplicem choriambum coniunctum

> μηδ᾽ Ὀλυμπίας ἀγῶνα φέρτερον αὐδάσομεν O. I. str. 6. 7.
>
> –⏑–⏑–⏑–⏑–⏑⏑– –⏑–

binos choriambos

> ἔθηκε καὶ βαθυλείμων᾽ ὑπὸ Κίρρας ἀγών P. X. ep. v. 3.
>
> ⏑´⏑ | ´⏑⏑– ´⏑⏑– | ´⏑⏓.

Plures choriambos non convenisse censet carmini victorias

Digitized by Google

celebranti ut Pindarico, sed amatorio et ludibundo carmini. Catalectici inveniuntur choriambi secundum Boeckhium apud Pindarum -⏑⏑- -⏓, apud Aristoph. ⏓-⏑⏑-, -⏑⏑-, -⏓. Non esse catalecticum, sed ex choriambo et cretico mixtum docet p. 71. (cf. p. 67.) illum versum *ἰστοπόνοι μείρακες* -⏑⏑-, -⏑⏓; nam ut in dactylico genere pleni dactyli aegre ferantur, ita in aliis generibus; non igitur esse versum choriambicum desinentem in dactylum, -⏑⏑-, -⏑⏑ *neque ionicum hunc: ἁ δ' Ἄρτεμις, ὦ κόραι* ⏑⏑--, ⏑--, *qui quin* eam ob rem *logaoedicus* ., -⏑⏑, -⏑, - *sit, non sit dubium. Logaoedicos vero esse hos acatalecticos*

-⏑⏑- | -⏑⏑ -⏑

-⏑⏑- | -⏑⏑ -⏑ -⏑ ut *δακρυόεσσάν τ' ἐφίλησεν αἰχμάν*

quos a grammaticis sic divisos esse velim memineris

-⏑⏑-, -⏑⏑-, ⏑

-⏑⏑-, -⏑⏑-, ⏑-⏓,

*item hos breviores*

-⏑⏑- ⏑⏑-⏑ et -⏑⏑ -⏑⏑-

⏓-⏑- ⏑⏑-- ⏑-⏑ -⏑⏑-.

*Nam clausulam* -⏑⏑-⏑-(⏑) *esse logaoedicam* -⏑⏑, -⏑, -(⏑) *non choriambicam* -⏑⏑-, ⏑-(⏑) *vel dactylicam* -⏑⏑, -⏑⏓ *recte cognovit* quod erat eius rhythmi ingenium, etsi argumento gravi rem de qua fusius agit p. 73. sqq. firmasse non videtur. Eam esse frequentissimam et apud Pindarum in medio versu et apud Alcaeum in illo

x⏑ -⏑⏑-⏑- x⏑-⏑⏑-⏑- -⏑⏑

*μαρμαίρει δὲ μέγας δόμος χαλκῷ, πᾶσα δ' Ἄρει κεκόσμηται στέγη,*

*nec non ea claudi choriambicos hos*

x⏑ -⏑⏑- -⏑⏑- | -⏑⏑ -⏑ ⏑

*μηδὲν ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδρεον ἀμπέλω*

x⏑ -⏑⏑- -⏑⏑- | -⏑⏑ -⏑ -⏑

*τὸν στρυγνὸν Μελανίππου φόνον αἱ πατροφόνων ἔριθοι.*

Secundam quoque partem versus ‚Maecenas atavis edite regibus' esse logaoedicam versu sic recte diviso

x̱– | –́⏑⏑– | –́⏑⏑ –⏑⏑–;

nam sive iambo a choriambo praecedente dirempto

x̱– –⏑⏑– –⏑⏑–|⏑–

sive cretico a dactylo

x̱– –⏑⏑– –⏑⏑|–⏑–

dissecari quae uno legenda sint tenore. (p. 12.). — *Anacrusin vel basin vult praemitti choriambo* sic

⏑ –́⏑⏑–;   ⏓ –́⏑⏑–;   – –́⏑⏑–;   x̱⏑ –́⏑⏑–;   x̱⏑ ⏑⏑⏑⏑–;

–́⏑⏑ –⏑⏑–; porro iambum sic ⏑–́ –́⏑⏑–. — Ex eis quae de ionicorum usu dixit, suffecerit rettulisse, ionicos a minore ei videri aptos imprimis melicorum atque eroticorum carminibus; *maxime vero scabri esse numeri ionicos a maiore et arrhythmia potius quam rhythmo insignes*; quos esse usurpatos a Ionicis et Aeolensibus poetis ut a Sapphone in carminibus amatoriis, et a cinaedographis. — Priapeo Eupolideo Cratineo epionico docet monopodiam, id est basin, trochaicam esse geminam p. 113., velut

x/⏑⏑ ⏓ x/⏑⏑ ⏓ –́⏑⏑– [x] ⏓ –́⏑⏑– ⏓

*οὐ βέβηλος, ὦ τελεταὶ τοῦ νέου Διονύσου*

⏓– ⏓–⏑⏑– x̱⏑ x̱⏓ –⏑⏑–

*ὦ καλλίστη πόλι πασῶν ὅσας Κλέων ἐφορᾷ*

Tertius Boeckhii liber, etsi non iam probati sunt compositionis modi qui ei placuere, tamen inspiciendus propter versuum choriambicorum sedulo collectas formas. Sunt autem, secundum Boeckhium, versus compositi

aut secundum I. compositionis modum facto transitu ex thesi in arsin, et consociantur vel

*generum* eorundem species eaedem, velut (p. 163.)

dactylicis puris catalecticis in disyllabum dactylici puri catalectici in syllabam, . . . . quibus complectitur Boeckh etiam choriambos, ut in his

–́⏑⏑ –⏑⏑–– | –́⏑⏑–

–́⏑⏑ –⏑⏑ –⏑⏑ –– | –́⏑⏑–

vel logaoedicis sine basi dactylici puri, ut

–́⏑⏑ –⏑ –⏑ | –́⏑⏑–; vel

*generis* eiusdem species diversae; vel
*genera* diversa, ut
duplex et par sic

–́⏑–⏓ | –́⏑⏑–;   –́⏑––, –́⏑–– | –́⏑⏑–
––́⏑–⏓ | –́⏑⏑–;   –́⏑––, –⏑––, –⏑–– | –́⏑⏑–

et aliter, sed inprimis frequens choriambus duplicis generis ordini adhaerens ut –⏑––, –⏑––, –⏑⏑–. vel sesquialterum et par sic

⏑–́⏑, –⏑⏑–
––⏑, –⏑⏑– –; aut

secundum alterum compositionis modum facto transitu ex arsi in thesin, qui nihil ad nos; aut
secundum III., ex arsi scil. in arsin, ubi
(p. 169.) aut suppletur thesis post ultimam prioris numeri arsin, et fiunt versus
e speciebus eisdem:
e trochaeis –́⏑– | –⏑⏑–
e dactylis catalecticis in syllabam et e choriambis qui sunt pro dactylicis catalecticis; tamen sintne pro illis necne cum difficile sit diiudicare, omnino choriambos subiungit Boeckh dactylicis. Sunt vero
ordines dactylici aut choriambici non logaoedici

–́⏑⏑– | –́⏑⏑ –⏑⏑–
–́⏑⏑– ⏑⏑– | –́⏑⏑–
––́⏑⏑– | –⏑⏑ –⏑⏑–
––́⏑⏑ –⏑⏑ –⏑⏑– | –́⏑⏑–
––́⏑⏑– | –⏑⏑––

idem cum basi

x⏑ –́⏑⏑– | x⏑ –́⏑⏑–
x⏓ –́⏑⏑– | x– x⏑⏑⏑ –́⏑⏑–
x– –́⏑⏑– | x⏑ –́⏑⏑– ⏓
x⏑⏑⏑ –́⏑⏑– | x⏑⏑⏑ –́⏑⏑ –⏑⏑ –⏑⏑–
––́⏑–́⏑⏑– | x⏓ x⏑ –́⏑⏑–

sine basi in ordine priore

Digitized by Google

–́⏑⏑– | ×⏑ –⏑⏑–
⏑–́⏑⏑– | ×⏑ –⏑⏑–

porro dactylicis aut choriambis non logaoedicis aut cum basi aut sine basi, item cum anacrusi, adiuncti logaoedici aut cum basi aut sine basi, ut

–́⏑⏑– | ×⏑ –́⏑⏑– ⏑–⏒
–́⏑⏑– | ×⏑ –⏑ –⏑⏑–⏑–
– –́⏑⏑– | –́⏑⏑ –⏑ –⏑–
⏒ –́⏑⏑– | ×⏒ –⏑⏑ –⏑–
×– –́⏑⏑– | –⏑⏑ –⏑–
×⏑⏑⏑– –́⏑⏑– | ×⏒ –⏑⏑ –⏑––
⏑–⏑ –́⏑⏑– | ×⏑ –⏑⏑ –⏑–

[*generis* eiusdem speciebus diversis]
*generibus* diversis, velut
duplici consociatur par sic

–́⏑–– –́⏑– | –́⏑⏑–
–́⏑–⏑– | –⏑⏑–, vel

pari duplex, quo pertinet basis post choriambum, ut Ol. I. ep. v. 2. –⏑⏑– | ×⏑
*παρ' εὐ]άνορι Λυδοῦ Πέ[λοπος*;
et aliae compositiones. Et frequentissime post genus par infertur creticus singularis aut paeon IV. clausulae causa, qui tamen sit ex paeonico an trochaico genere, ambiguum. Huius modi sunt in choriambicis haec (p. 173.)

–́⏑⏑– | –⏑–;  – –́⏑⏑– | –⏑–;
⏑– –́⏑⏑– | –́⏑–;  ×⏑ –́⏑⏑– | –́⏑–;
⏒–́⏒–́ | –́⏑⏑– | –́⏑–;

(p. 179.) aut non suppletur thesis. Sic conglutinantur, ut ait Boeckh, inter se
*generis* eiusdem species eaedem, cretici scilicet et ei choriambi, qui non sunt dactylici,
*generis* eiusdem species diversae } quae nihil
*genera* diversa } ad nos,

aut secundum IV. compositionis modum facto transitu ex thesi in thesin, quem et ipsum licet neglegere.

Postremo non possum non exscribere quae dicit Boeckh de choriambi vi in eo capite ubi de indole morali rhythmorum verborumque verba facit p. 200. Qui vero, inquit, sunt ex paribus ternis binorum temporum particulis, ii quidem pedes sunt graves admodum, sed ob inaequalitatem minus concinni, eorumque concitatior ionicus a minori, sedatior ionicus a maiori, medius choriambus; .... hinc, pergit, iam facile intelligitur, quam sapienter Graeci artifices aliis generibus poesis alios tribuerint rhythmos; .... nam aliis numeris utuntur erotici, choriambis imprimis, ionicis a minori, dactylicis logaoedicis; aliis bellicorum carminum auctores.

### G. Hermanni

affero potissimum sententias quae extant in Elementis doctrinae metricae anni 1816. et in quarta Epitomae doctrinae metricae editione quae prodiit a. 1868. Tamen facere non possum, quin ex libro qui inscribitur Handbuch der Metrik a. 1799. edito ea verba sumam, a quibus initium facit capitis terti: Der Choriambe ist eine doppelte dactylische Reihe, die sich mit der zweiten Arsis endigt. Vides hic Hermannum de omnibus choriambis contendere quod de parte eorum placuit Boockhio ipsique postea Hermanno (v. el. doctr. m. p. 23., segm. 5., epit. [4] p. 72, § 212.), a neutro probata grammaticorum doctrina qui ad unum omnes choriambum choreo i. e. trochaeo et iambo constare docent. — *Antispasticam mensuram* plerumque *esse alienam a poetis bonis demonstravit Hermann argumentis antispasticosque versus tribuit choriambis, ut*

••, –⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑ –⏑–

*vel logaoedis, ut priapeum, quod constat ex glyconeo et pherecrateo:* ••, –⏑⏑, –⏑–|••, –⏑⏑– ⏑ *et hos*

••, –⏑⏑ –⏑– ⏑

*καὶ κνίσσῃ τινὰ θυμιήσας*

••, ‒ ⏑ ⏑ ‒ ‒ ⏑ ‒ ⏑ ‒ ⏑

*χαῖρ᾽ ὦ χρυσόκερως βαβάκτα κήλων,*

et praemissa iambica syzygia

‒ ‒ ⏑ ‒ | ••, ‒ ⏑ ⏑ ‒ ⏑ ‒

*κόλπῳ σ᾽ ἐδέξανθ᾽ ἁγναὶ χάριτες Κρόνῳ*

vel iambis

⏑ ‒ ⏑ ‒ ⏑ ‒ ⏒ | ⏑⏑ ‒ ⏑ ‒ ⏑ ‒ ⏑

*γλυκεῖα μᾶτερ οὔτοι δύναμαι κρέκειν τὸν ἱστόν*

Firmat autem choriambicam suam mensuram testimoniis Terentiani Mauri Marii Victorini Plotii Sacerdotis[21]), *logaoedicam vero phalaecii versu Catulli c. LV[i] primo, qui est phalaecius hendecasyllabus sic*

*oramus si forte non molestumst*

*cuius spondeo pro dactylo posito demonstrari dicit poetam versuum antispasticum noluisse scribere.* Contra et ipsi Hermanno videntur esse antispasti, ubi aliquomodo lenita est asperitas numeri, consociato ex. gr. iambo. Sequentibus autem iambis antispastum saepius eius ultimam syllabam per se correptam produci, quo facilius discerni possit pes a iambis. Quod ubi non fiat, non nisi ex universa carminis indole vel ex antistropha (v. p. 368.) posse videri antispasticus utrum sit versus an pherecrateus vel glyconeus. Velut versum esse ex antispasto et diiambo compositum Agam. 749. *ἀκασκαῖον δ᾽ ἄγαλμα πλούτου,* cuius antistrophicus est *τεκνοῦσθαι μηδ᾽ ἄπαιδα θνήσκειν,* ⏑ ‒ ‒ ‒, ⏑ ‒ ⏑ ‒ ‒. cf. pp. 224. 230. 368. Antispastis cum iambis iunctis subiungit in epitoma versum ex choriambo cum anacrusi et uno iambo compositum

S. Trach. v. 848. *ἦ που ὀλοὰ στένει* ⏒ ⏑́ ⏑ ⏑ ‒ | ⏒ ⏑́.

Nec aliter atque glyconeos et pherecrateos II. *pherecrateos*

[21]) a quibus tertium et quartum quoque eorum, quos logaoedicos mavult Hermann, choriambice esse divisos sic

‒ ‒, ‒ ⏑ ⏑ ‒, ⏑ ‒ ⏓

‒ ‒, ‒ ⏑ ⏑ ‒, ⏑ ⏑ ⏑ ‒, ‒

supra dixi.

*priores quoque quos dicimus, quibus in prima sede collocatus est dactylus, adnumerat logaoedis* remota choriambica quae grammaticis placuerat mensura. cf. ep. p. 136. Sed de his satius infra referre. — Iam nonnullis ex antispasticis versibus *choriambicorum* copiae adiunctis *denuo auxit* eorum *numerum parte eorum quos ionicos a maiore voluerant grammatici esse* pariter atque Vossius commotus syllaba ancipiti a qua inciperent, quae etsi per se defendi posset, tamen nusquam inveniretur in iis qui certo ionici essent; ubique autem in eis quos non esse ionicos vel apertum esset vel verisimillimum. cf. ep. p. 140. *Hos vero aut esse choriambicos velut*

*Κρῆσσαί νυ ποθ᾽ ὧδ ἐμμελέως πόδεσσιν*
*εὐμορφοτέρα Μνασίδίκα τᾶς ἀπαλᾶς Γυριννῶς*

*vel logaoedicos velut*

*ἆδ᾽ Ἄρτεμις ὦ κόραι*
*πλήρης μὲν ἐφαίνεθ᾽ ἁ σελάνα*
*τριβώλετερ· οὐ γὰρ Ἀρκάδεσσι λώβα*
*δέδυκε μὲν ἁ σελάνα καὶ πληιάδες· μέσαι δὲ . . .*

*Omnino autem inquit Hermann vereor ne lyrici Aeolenscs non magis quam Dorienses lyrici aut tragici numerum Jonicum a maiore usurpaverint.* Id ego tum demum credam, quum quis exempla protulerit licentias habentia eas quae propriae huius numeri sunt.' — Choriambicis cum anacrusi adnumerat Hermann eos qui incipiunt ab amphibracho vel a palimbacchio (cf. ep. 140.), velut Agam. 757.

*πομπᾷ Διὸς ξενίου*

aut a trochaica basi, velut

te deos oro Syharin cur properas amando.

Formae eorum, quibus basis est, sunt haec secundum Hermannum (cf. ep. p. VII.)

••, ‒◡◡‒

*νῦν ἐν ποιονόμοις* A. Suppl. v. 42.

••, ‒◡◡ ‒ ◡ ,cui pherecrateo nomen est'

..., ⏑⏑⏑⏑ ⏑⏑ ‚qui ordinem logaoedicum habet, glyconeus' (de pherecr. et. glyc. v. infra)

..., ⏑⏑⏑⏑, ⏑⏑

*εὐφαμεῖτε δὲ χωρῖται* A. Eum. v. 1038.

..., ⏑⏑⏑⏑, ⏑⏑⏑⏑, ⏑

*οὐδ' οἰκτρᾶς γόον ὄρνιθος ἀηδοῦς* S. Ai. v. 628.

..., ⏑⏑⏑⏑, ⏑⏑⏑⏑, ⏑⏑

*ἀλλ' ἁ μοιριδία τις δύνασις δεινά* S. Ant. v. 951.

..., ⏑⏑⏑⏑, ⏑⏑⏑⏑, ⏑⏑⏑⏑

*εἰ μὴ 'γὼ παράφρων μάντις ἔφυν καὶ γνώμας* S. El. v. 472.

..., ⏑⏑⏑⏑, ⏑⏑⏑⏑, ⏑⏑⏑⏑, ⏑

*κατθνάσκει Κυθέρη' ἁβρὸς Ἄδωνις· τί κε θεῖμεν;* Sapph.

aliae logaoedicam terminationen habentes

..., ⏑⏑⏑⏑, ⏑⏑⏑⏑, ⏑⏑⏑⏑ ⏑⏑

*Νύμφαις ταῖς Διὸς ἐξ αἰγιόχω φασὶ τετυγμέναις*

vel iambum ad ultimum choriambum additum

..., ⏑⏑⏑⏑, ⏑⏑⏑⏑, ⏑⏑⏑⏑, ⏑⏑⏑⏑, ⏑⏑

*Κρονίδα βασιλῆος γένος Αἴαν τὸν ἄριστον πεδ' Ἀχιλλέα*

vel amphybrachum

..., ⏑⏑⏑⏑, ⏑⏑⏑⏑, ⏑⏑⏑⏑, ⏑⏑⏑

*τὸν στυγνὸν Μελανίππου φόνον αἱ πατροφόνων ἔριθοι*

quos locos, etsi iam supra eorum complures ex Hephaestionis libro attuli, tamen hic quoque exscripsi ut quid Hermann de horum versuum clausula sentiret eo melius appareret; de qua re infra item dicetur. Basin semper spondiacam esse addit in Horatii carminibus exceptis l. I. c. XV. vv. 24. et 36.; in fine uniuscuiusque choriambi excepti ultimi fieri apud eundem caesuram velut

Maece]nas atavis | edite regibus

Nullam] Vare sacra | vite prius | severis arborem.

Denique commemorat in hoc capite Alcaei illud quo describitur armamentarium

*μαρμαίρει δὲ μέγας δόμος χαλκῷ· πᾶσα δ' Ἄρῃ κεκόσμηται στέγα*

quod a Gaisfordio falso antispasticis adnumeratum esse dicit

Digitized by Google

-- - ⏑, ⏑ - ⏑ -, - - - ⏑, ⏑ - ⏑ -, ⏑ - ⏑ -

a Blomfieldio vero recte divisum in partes tres

- ⏓ - ⏑ ⏑ ⏑ - | - ⏓ - ⏑ ⏑ ⏑ - | ⏑ - ⏑ -;

sequitur ut hic quoque choriambi cum basi placeant Hermanno addita post binos versiculos dipodia iambica. — Creticos denique vult adiunctos esse choriambis ita ut versus sit compositus e choriambo et cretico catalectico in Plaut. Rud. a. IV. sc. 3. - ⏑ ⏑ - - ⏑ - -

das mihi te non fore infidum

et similiter in Men. a. I. sc. 2. Sed hoc omisit in epitoma. Reliquum est ut de logaoedicis versibus quae Hermann iudicaverit, breviter exponam; quos quattuor capitibus tractavit quae sunt de dactylicis logaoedicis de anapaesticis logaoedicis de choriambis de glyconeis. Quorum in primo, postquam Hephaestionem secutus Alcaicum decasyllabum et Praxilleum commemoravit, multas alias id genus formas inveniri dicit, velut „quem grammatici choriambicum dimetrum catal. vocant, quia choriambicos saepe concludit

*ἐξαπατῶντι μῦθοι* - ⏑ ⏑, - ⏑, - - porro

*ἐκτόπιος συθεὶς ὁ πάντων* - ⏑ ⏑, - ⏑, - ⏑, - -" O. C. v. 119. (qui versus est dim. chor. hypercat. ex Hephaestionis doctrina - ⏑ ⏑ -, - ⏑ ⏑ -, ⏓). Sed prioris formae versum una syllaba longiorem monet saepius ad choriambicos pertinere ac tum esse hoc numero ⏒ ⏑ ⏑ -, ⏓ ⏑ ⏑ - -. Nec non de breviore versu haec in capite quod est de choriambis: ‚Quorum dimeter, inquit

*οὐ ἔτος ὦ γυναῖκες* - ⏑ ⏑ -, ⏑ - ⏑

plane idem est cum ordine logaoedico ex uno dactylo et duobus trochaeis, neque aliam ob causam quam quod coniungi cum choriambicis solet cognatusque eis est in choriambicis versibus potest numerari.' Quae cognatio qualis sit, infra videbimus; tam arte autem cohaerere visus est Hermanno ille ordo logaoedicus cum ipsis choriambis ut exempli causa versum

Digitized by Google

*δακρυόεσσαν τ' ἐφίλησεν αἰχμὰν*
trimetrum appellaret choriambicum tamquam sic divisum -⏑⏑-, -⏑⏑-, ⏑-⏓. Segregandi vero cognatos illos versiculos -⏑⏑-, ⏑-⏑- et -⏑⏑, -⏑⏑-⏑, — nam diligenter segregarentur visum est necesse pro diverso eorum numero, — petit rationem Hermann ab antistropha. Velut in Ar. vesp. vv. 526. sqq.

| | |
|---|---|
| *νῦν δὲ τὸν ἐκ θἠμετέρου* | -⏑⏑-, -⏑⏑- |
| *γυμνασίου λέγειν τι δεῖ* | -⏑⏑-, ⏑-⏑- |
| *καινὸν ὅπως φανήσει* | -⏑⏑-, ⏑-⏑ |

quibus respondent vv. 631. sqq.

| | |
|---|---|
| *οὐπώποθ' οὕτω καθαρῶς* | ⏑-⏑-, -⏑⏑- |
| *οὐδενὸς ἠκούσαμεν, οὐ-* | -⏑⏑-, -⏑⏑- |
| *δὲ ξυνετῶς λέγοντος* | -⏑⏑-, ⏑-⏑ |

vetatur Hermannus respondente versu sic dimetiri v. 527. -⏑⏑, -⏑ -⏑- versumve 631. ., -⏑-, -⏑⏑-. Cuius rei plurima congessit exempla ex Aristophaneis potissimum comoediis petita, quibus apparere ei visum est choriambici dimetri has esse formas

⏑-⏑-, ⏑-⏑-, ⏑⏑⏑⏑-, -⏑⏑-, ⏓⏑⏑⏑-, -⏑⏑-
⏑⏑---, -⏑⏑-, ⏑⏑⏑⏑⏑, -⏑⏑-.[22])

Catalectici versus hoc est exemplum (ex Ar. Lys.)

| | |
|---|---|
| *ὑστερόπους βοηθῶ* | -⏑⏑-, ⏑-⏑ |
| *γυναῖκας ἀνθρακεύειν* | ⏑-⏑-, ⏑-⏑ |

Sunt igitur versus -⏑⏑ -⏑⏑⏑; -⏑⏑- ⏑-⏑-;

| et logaoedici | | et choriambici | |
|---|---|---|---|
| -⏑⏑, -⏑, -⏑ | acatal. | -⏑⏑-, ⏑-⏑ | catal. |
| -⏑⏑, -⏑, -⏑, - | catal. | -⏑⏑-, ⏑-⏑- | acatal. |

idem cum basi .., -⏑⏑⏑⏑; .., -⏑⏑ -⏑⏑

| | | | |
|---|---|---|---|
| .., -⏑⏑, -⏑ | catal. | .., -⏑⏑-, ⏑ | hypercatal. |
| .., -⏑⏑, -⏑, - | acatal. | .., -⏑⏑-, ⏑- | brachycatal. |

[22]) Ceterum notandum secundum Hermannum breviores ordines logaoedicos velut -⏑⏑, -⏓ non addi choriambis; nam versum S. Ai. 226. *τὰν ὁ μέγας μῦθος ἀέξει* hypercatalectum dimetrum esse vult -⏑⏑-, -⏑⏑-, -.



Digitized by Google

Quam discrepantiam expedivit Hermannus in libro tertio ubi fusius de his versibus egit prorsusque novam protulit doctrinam qua demonstrare sibi visus est quomodo factus esset glyconeus πολυσχηματιστος. Quo artis vocabulo aliter utitur atque Hephaestio ad eos appellandos versus, qui fiunt copulatis duobus vel pluribus non eiusdem numeri ordinibus. Genuinam vero docet formam glyconei esse et maxime nitidam, quae constet ex basi et ordine logaoedico e dactylo per trochaeum in arsin exeunte composito

! ! | –́ ⏑ ⏑ – ⏑ –;

qui vero polyschematistum hoc metrum facere iustituerint, eos primo illum ordinem in duos ordines divisisse, choriambum et iambum,

! ! | –́ ⏑ ⏑ – | ⏓ –́, deinde membra transposuisse

! ! | –́ ⏓ | –́ ⏑ ⏑ –

–́ ⏑ ⏑ – | ⏓ –́ ⏑ –́.

Pariter rem se habere de pherecrateo, qui factus sit a

! ! | –́ ⏑ ⏑, – ⏑ hic

! ! | –́ ⏑ ⏑ – | ⏑ et hic transposito choriambo

–́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑. cf. ep. p. 166. sqq.

Dominatur igitur inquit in glyconeo polyschematisto choriambus, qui solus immutabilis manet; tenet autem nunc medium locum inter basin et iambum, nunc ultimam praegressis basi et trochaeo, nunc denique primum sequente diiambo. — Haec est summa Hermanni de glyconeis doctrinae. Quam fusius enarrare nolui quod infra eam falsam esse apparebit.

### J. A. Apel.

De Apelii libro ,Metrik' 1814. 1816. sententias Rossbachii et Christii exscribam, quibus non solum Apelii sed etiam illorum ratio haud male illustretur. Rossbachius Rhythmik[3] p. XIX. haec: Der einzige Punkt, inquit, in welchem Apel das richtige getroffen hat, ist sein flûchtiger Dactylus . . . . aber dieser Punkt verschwindet wieder unter der wûsten Masse der Hariola-

Digitized by Google

tionen und Hypothesen, und es lässt sich auch hierauf anwenden, . . . . dass die blinde Henne ein gutes Korn gefunden habe. . . . Die wissenschaftliche Bearbeitung der Rhythmik und Metrik hat daher mit Apel nichts zu schaffen und kann in seinem Thun und Treiben nur ein Warnungszeichen sehen. Contra Christ. Metr. praef. p. V.: Insbesondere hat sich mir die Ueberzeugung immer mehr befestigt, dass A. Apel durch seine der neuen Musik entlehnte rhythmische Auffassung die unverrückbaren Grundlagen der griechischen Metrik gelegt hat, dass aber nicht die alten Metriker sondern auch die alten Dichter, die griechischen wie die römischen, infolge des Mangels einer klar entwickelten musikalischen Theorie und einer einer die musikalischen Werthe genau fixierenden Notenschrift derart an den Silben und äusseren Versformen hingen, dass man sich nicht allzusehr wundern darf, wenn selbst Männer wie G. Hermann und A. Boeckh wieder mehr oder minder in die Bahnen der alten Lehre zurücksanken. — *Vidit igitur primus Apel distinguendum esse a dactylo quattuor temporum* 2 1 1 (– ⏑ ⏑) *dactylum trium* hunc 1½ ½ 1 (– ⏑ ⏑) ♪. 𝅘𝅥𝅯 ♩ (I p. 122. II. p. 485. sqq.). Pariter distinguit a choriambo graviore sex temporum 2 1 1 2 (– ⏑ ⏑ –) ♩ ♪ ♪ ♩ choriambum leviorem item sex temporum, qui sic dividuntur 1½ ½ 1 3 (– ⏑ ⏑ –) ♪. 𝅘𝅥𝅯 ♩ ♩. (I. p. 141.)

Dactylum cyclium inesse docet in his logaoedicis (II. p. 491.) –⏑⏑–; –⏑⏑–⏓; –⏑⏑–⏑⏑–; –⏑⏑–⏑⏑––; nec non in logaoedicis habendum esse (II. p. 511) –⏑⏑–⏑–⏑–, qui non sit choriambicis dimeter –⏑⏑–, ⏑––⏑–; cf. I. p. 125. Nam prorsus errare qui commutari choriambum cum diiambo contendant. cf. § 687. Dolet quod tertiam volumen, quo de choriambis erat acturus Apel, non prodiit. Secundae editionis inspiciendae mihi non fuit facultas.



Digitized by Google

## E. de Leutsch.

Leutsch anno 1841. edidit librum quem inscripsit Grundriss zu Vorlesungen über die griechische Metrik. Entworfen und mit einer Sammlung von Beispielen versehen von E. v. L. — *De logaoedis sufficit dicere, ei et ipsi* πρὸς ἑνὶ *logaoedos et eos quibus est basis vel anacrusis, esse probatos; eis adnumerat phalaecium et O. T. v. 464.*

τίς ὅντιν' ἁ θεσπιέπεια Δελφὶς εἶπε πέτρα

‥, ‥, ‿‿‿ ‿‿ ‿‿ ‿‿‿‿ *spreta choriambica mensura*

‿‿‿‿, ‿‿‿‿, ‿‿‿‿; ‿‿‿

Quid de Hermanniana de glyconeis sententia iudicet non sat apparet qua est natura liber; sed videtur eam comprobare. Antispastici versus non ei videntur esse nisi illae exclamationes ἰώ μοί μοι et pauci apud Pindarum. Ionici a maiore duobus exceptis exemplis sunt sotadei. Choriambicorum denique versuum haec sunt secundum Leutschium genera:

I. Choriambi catalectici
1. Monometra choriambica. a. coniunctun. b. disiunctun.
2. Dimetra choriambica.
   a. coniuncta.
   b. ‿‿‿‿, ‿‿‿‿; ‿‿‿‿‿, ‿‿‿‿; ‿‿‿‿, ‿‿‿‿
   ‿‿‿‿, ‿‿‿‿; ‿‿‿‿, ‿‿‿‿.
   c. systemata, velut A. spt. v. 917., S. El. v. 1058.
3. trimetra choriambica.
   a. cum clausula cretica et spondiaca
   ‿‿‿‿, ‿‿‿‿, ‿‿‿‿ | ‿‿‿ Heph. § 55.
   ‿‿‿‿, ‿‿‿‿, ‿‿‿‿ | ‿‿ S. Ant. v. 785.
   b. cum clausula choriambica
   ‿‿‿‿, ‿‿‿‿, ‿‿‿‿.
   c. ‿‿‿‿, ‿‿‿‿, ‿‿‿‿.
4. tetrametra choriambica.
   a. ‿‿‿‿, ‿‿‿‿, ‿‿‿‿, ‿‿‿‿
   b. ‿‿‿‿, ‿‿‿‿, ‿‿‿‿, ‿‿‿‿.

Digitized by Google

5. pentametra. [fr. 3. [45.] 10. B.

–⏑⏑– ⏓⏑⏑– ⏓⏑⏑– ⏓⏑⏑– –⏑⏑– –⏑– Pind. Dith.

*τὸν Βρόμιον τὸν Ἐριβόαν τε καλέομεν· γόνον ὑπάτων μὲν πατέρων μελπέμεν.*

II. Choriambi catalectici

1. dimetra.

–⏑⏑–, –– Pind. J. VI. ep. v. 6.

⏑⏑⏑–, ⏑––; An. Sapph. idem cum solutionibus, velut *Διογενέτορες* ⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑.

2. trimetra.

a. ⏑–⏑⏑–, –⏑⏑–

⏑–⏑⏑–, –⏑⏑–, ––

b. –⏑⏑–, –⏑⏑–, ⏑–⏒

⏑–⏑⏓, –⏑⏑–, ⏑–⏑

⏑–⏑⏑–, –⏑⏑–, ⏑––

3. tetrametra.

a. –⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑–, –– cf. I, 3, a.

b. –⏑⏑–, ⏑–⏑–, –⏑⏑–, ⏑⏒–

⏒–⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑–, ⏑––

4. heptametrum e Marii Victor. libro petivit.

III. Choriambi logaoedici

1. choriambi cum clausula trochaica.

–⏑⏑–, ⏑–⏑–, –⏑–⏑–⏑

–⏑⏑–, –⏑–⏑–⏑ O. T. v. 1212.

2. *monometra choriambica.*

–⏑⏑–, –⏑⏑, –⏑, –

–⏑⏑–, –⏑⏑, –⏑ –⏑, quorum exempla

*αἰνοπαθῆ πατρίδ' ἐπόψομαι* An.

*δακρυόεσσάν τ' ἐφίλησεν αἰχμὰν* An.; sed cf. II, 2, b.

3. *dimetra choriambica.*

–⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑ –⏑ E. Alc. v. 132.

–⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑ –⏑ –⏑

*παρθενία παρθενία, ποῖ με λιποῖσ' ἀποίχῃ;*

⏑⏑⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑ –⏑ –⏑

Similiter trimetra tetrametraque choriambica vocat quae pentametra hexametraque sunt ex grammaticorum mensura; neque solum clausulam ‒ ‿ ‿ ‒ ‿ ‒, *sed et breviorem* ‒ ‿ ‿ ‒ ‿ *habet pro logaoedica.*

IV. Choriambi cum anacrusi.

1. monometra.

. | ‒ ‿ ‿ ‒

2. dimetra.

. | ‒ ‿ ‿ ‒, ‒ ‿

. | ‒ ‿ ‿ ‒, ‒ ‿ ‿ ‒

3. trimetra.

. | ‒ ‿ ‿ ‒, ‒ ‿ ‿ ‒, ‿ ‒ ‿

*Κρῆσσαί νυ ποθ᾽ ὦδ᾽ ἐμμελέως πόδεσσιν*, qui versus sane mireris quod non monometris adnumeratus est a Leutschio ex eis quae docuit segmento III. Nam versum

. | ‒ ‿ ‿ ‒ ‒ ‿ ‿ ‒ ‒ ‿ ‿ ‒ ‿ ‒ ‿

rursus appellat dimetrum.

*Εὐμορφοτέρα Μνασιδίκα τᾶς ἀπαλᾶς Γυριννῶς.*

Cuius inconstantiae nonnulla sunt exempla in libro; quam expedire nescio.

V. Choriambi cum basi.

Sunt eaedem versuum formae atque in segm. I.—III. sed praemissa basi, non accepta igitur mensura ionica.

VI. Choriambi cum praemisso iambo.

‿ ‒, ‒ ‿ ‿ ‒, ‒ ‿ ‿ ‿ ‒ ‿ ‒

*ἐν εὐάνορι Λυδοῦ Πέλοπος ἀποικίᾳ* Pind. O. I. ep. 2.

‿ ‒, ‒ ‿ ‿ ‒, ‒ ‿ ‿ ‒ ‿ ‿

*ταλαίφρων ἄγομαι τάνδ᾽ ἑτοίμαν ὁδόν* S. Ant. v. 878.

‿ ‒, ‒ ‿ ‿ ‒, ‒ ‿ ‿ ‒ ‿ ‒ ‿

*θανεῖται παραπλήκτῳ χερὶ συγκαταστάς* S. Ai. v. 320.

‿ ‒, ‒ ‿ ‿ ‒

*χρόνῳ τρυχόμενος* S. Ai. v. 605.

‿ ‒, ‒ ‿ ‿ ‒, ‒ ‿ ‿ ‒, ‒ ‿ ‿ ‒, ‒ ‿ ‿ ‒, ‒ ‿ ‿ ‒, ‒ ‿ ‿ ‒ ‿

*Ἀχαιῶν τε πλάτας ναυσιπόρους ἡμιθέων, οὓς ἐπὶ Τροίαν ἐλάταις χιλιόναυσιν* E. J. A. v. 172.

VII. Choriambi cum anacrusi et basi, cum duplici basi, cum brevioribus ordinibus praemissis.

•, ••, ‒ ⏑ ⏑ ‒

*μόλπων ἄταν ἐπάγων* S. Ai. v. 1189.

•, ••, ‒ ⏑ ⏑ ‒, ‒ ⏑ ⏑ ‒ ⏑

*περισσόν· αἲ γὰρ Ἀπόλλων ὁ Λύκειος* Alcm. —

⏑̣⏑⏑̣, ⏑̣⏑⏑̣, ‒ ⏑ ⏑ ‒, ‒ ⏑ ⏑ ‒, ‒ ⏑ ⏑ ‒ ⏑ ‒ ⏑

*τίς ἄρα νέατος ἐς πότε λήξει πολυπλάγκτων ἐτέων ἀριθμός* S. Ai. v. 1185.

Lydia dic per omnes.

Te deos oro Sybarin cur properes amando Hor. I. 8.

In compositus versibua sequitur Boeckhium accepta eius divisione. In polyschematistis habet priapeum, cum falso a veteribus polyschematista vocata sint epionica, eupolideum polyschematistum, cratineum.

## L. Müller

librum de re metrica poetarum latinorum praeter Plautum et Terentium iterum edidit a. 1894. Ab eo sat est dixisse versus asclepiadeos phalaeciumque in logaoedis numerari. Neque est cur de

## G. Dindorf

sim multus, qui rem metricam tractavit in poetarum scaenicorum editionis praefatiuncula et in metris in usum tironum explicatis. Sequitur enim plerumque Hermannum; novi nihil protulit.

## Rossbacchii et Westphalii

libri, cuius tertia editio ‚Theorie der musischen Künste der Hellenen' prodiit a. 1885.—9., index est tertii voluminis parti alteri „Allgemeine Theorie der griech. Metrik von R. Westphal und H. Gleditsch", alteri „Specielle Metrik von A. Rossbach." — Notissima recoquerem, si ab his fundamentum rei metricae exstructum esse dicerem rhythmicorum imprimis Aristoxeni et grammaticorum frag-

menta et libros primum recte interpretatis. — Docent vero [3] III. 2. p. 351 sqq. profecti ab Hephaestionis dactylicis logaoedicis itemque anapaesticis *monodactylica et monanapaestica quoque esse; illorum esse tria genera, protodactylica deuterodactylica tritodactylica. Quorum falsam a grammaticis propositam mensuram, epichoriambicam dico et epionicam, primi Rossbach et Westphal recte descripserunt, nec non quae ratio inter choriambicam antispasticamque eorundem versuum mensuras, quae inveniuntur apud veteres, intercederet ratio, intellexerunt. Choriambicam enim ubique vetustiorem esse quam antispasticam; nam antispastum pedem fictum esse a grammaticis temporum posteriorum, qui cum pedum tetrasyllaborum syllabas, ut vocabulo artis arithmeticae utar, ‚permutarent', incidissent hanc quoque in descriptionem earum* ⏑ – – ⏑. *Quamquam ne choriambicam mensuram versuum monodactylicorum fuisse tritam poetis ipsis optimis, cum omnis haec doctrina orta esset inter Sotadis Alexandrini et Varronis aetatem.* Ante enim Sotadem artis vocabula *ἰωνικὸν ἀπὸ μείζονας* et *ἰωνικὸν ἀπ' ἐλάσσονος* non fuisse. Ab eo vero qui haec invenisset, monodactylicorum et monanapaesticorum quoque mensura commutata nova *ἰωνικῶν* et *χοριαμβικῶν ‚μικτῶν'* nomina esse inventa esse veri simile. *Ionice autem praecipue ab eo divisa esse illa metra florentibus tum ἰωνικοῖς λόγοις qui vocantur. Sane apud Latinos grammaticos inveniri monodactylicos monanapaesticosque versus; sed ea in re non latere genuinae mensurae logaoedicae vestigium, quod ionicum anaclomenon quoque*

⏑⏑–⏑–⏑–– *divideretur ab illis sic logaoedice*

⏑⏑– | ⏑–⏑–⏓ *ut constaret anapaesto iambisque.* Quam sententiam supra firmare conatus sum congestis grammaticorum locis. Nec non infra demonstrabo, *χοριαμβικῶν μικτῶν* doctrinam ortam esse Alexandrinorum aetate, cum de tempore, quo nomen ionicorum sit natum, satius videatur litem sub indice relinquere. — *Vides a Westphalio non solum clausulas illas* –⏑⏑–⏑– *sed etiam omnes, qui aliquo*

Digitized by Google

*modo possunt, choriambicos versus dividi logaoedice. Qua in re non paullum adiuvatur catalexi illa interiore, qua fiunt ex. gr. ex*

-⌣⌣-⌣⌣-⌣ *vel* ⌣-⌣⌣-⌣⌣-⌣ *hi versus*

-⌣⌣- -⌣- ⌣-⌣⌣- -⌣-

etsi hoc saepius fieri in trochaicis negat. *Nascitur ergo forma* -⌣⌣- *non solum duobus dactyli alterius intercidentibus syllabis* -⌣⌣-˘˘, *sed etiam intercidente brevi trochaei* -⌣⌣-˘. Expressis verbis vero monet id tenendum esse, in versu -⌣ -⌣⌣- -⌣⌣- -⌣⌣-⌣- non esse nisi unam choriambum praecedente et subsequente ordine logaoedico -⌣ -⌣⌣- | -⌣⌣- | -⌣⌣-⌣-. Et *summa est haec doctrinae, choriambum non esse pedem peculiarem, sed proprium generis logaoedici.* pp. 566. 665. 686. 700. 704. explicat lyricorum scaenicorumque versus choriambicologaoedicos. — De

## J. H. H. Schmidtii

libris Die Kunstformen der griech. Poesie und ihre Bedeutung haec annoto, choriambicos versus, recte cognita pedis natura (v. II. p. 38. IV. p. 576.), plerumque recte statutos esse in tragicorum carminibus, quae explicavit in appendicibus. Choriambos proprios choriambosque dactylicos et ipse discernit. Denique contendit IV. p. 579. versus vere choriambicos apud Aechylum non inveniri nisi cum ionicis coniunctis.

## W. Christ.

‚Metrik'.[2] a. 1879. De viro doctissimo fas si est me iudicium ferre, facere non possum quin ab eo bona malaque mirum in modum esse coniuncta dicam. Quid, quod, cum omnes adhuc dimetra choriambica ὁμοιοειδῆ Hephaestionis false esse statuta cognoscerent monodactylaque a Boeckhio et Apelio proposita libenter reciperent, Christius haec docuit de logaoedis: Versus logaoedicos constare ordine dactylico cui adiecta esset clausula trochaica. Ordinem ille dactylicum esse duorum vel complurium, clausulam duorum

vel trium pedum. Contra cola, quibus unus esset dactylus, ut –⏑⏑–⏑–; ⏑–⏑⏑–⏑–; –⏑–⏑⏑–⏑–– etsi artissime conexa cum dactylicis logaoedicis, tamen quod saepissime glyconeis choriambicis ionicis adicerentur, his esse adnumeranda. Velut praeter

–⏑⏑– –⏑–

*ἱστοπόνοι μείρακες*

hoc dimetrum choriambicam dixit

–⏑⏑–⏑–⏑

*οὐκ ἔτος ὦ γυναῖκες,*

dimidium scilicet tetrametri versus huius

–⏑⏑– –⏑⏑– –⏑⏑–⏑ ––

*δεῦτέ νυν ἀβραὶ Χάριτες καλλίκομοί τε Μοῖσαι*

in illo scilicet versu dimetiendo discipulus Hephaestionis, non in his. Nam tetrametrum versum non vult esse hunc

–⏑⏑– | –⏑⏑– | –⏑⏑– | ⏑––

sed concedit eum claudi logaoedice; quam clausulam iubet, cum choriambus quoque sit dipodia, secundum dipodias dividi, ut sit tetrameter brachycatalectus

–⏑⏑– | –⏑⏑– | –⏑⏑–⏑ | ––

Qua in re fateor me non intellegere, quomodo, siquidem altera pars versus longioris sit logaoedica, eadem pars per se posita ut in –⏑⏑–⏑–⏑ *οὐκ ἔτος ὦ γυναῖκες* — dicit enim Christ neben dem vollståndigen Tetrameter auch seine Hålfte – possit esse dimeter choriambicus. Praeter hos affert Christ trimetra pentametra hexametra heptametra octometron enneametron. Sed videamus, qui sit pes choriambus, si Christium sequimur. *Qua in re non solum vera vidit, sed etiam firmavit argumentis. Pugnat enim cum grammaticis, qui choriambum syzygiam trochaei et iambi esse docent* cum nequaquam possit coniungi pes a basi incipiens cum incipiente a thesi. Porro *nullam aliam esse causam, cur choriambum idem valere dixerint grammatici atque ditrochaeum vel diiambum, nisi quod alterum alteri interdum respondere animadverterint; esse vero choriambum*

Digitized by Google

*dipodiam catalecticam dactylicam*[23]) eiusdem cuius dipodia acatalecta iambica spatii temporis. Quod fieri non posse nisi ubi dactyli *choriambi κύκλιοι qui vocantur esse* censeantur; quem dactylum cyclium Christ ut distinguat a dactylo ipso -⏑⏑, sic describit -⏑ ⏑, choriambum vero eam ob rem -⏑⏑ -. *Huc quadrare quod a scholiasta Hephaestionis p. 135. κύκλιος nominetur choriambus; quod choriambi longae nusquam solvantur pariter atque dactyli*; *quod choriambi coniungantur cum ordinibus catalecticis dactylicis, ut Aesch. Suppl. v. 82.*

-⏑⏑, -⏑⏑-, -⏑⏑-, -⏑⏑-⏑⏑-

*ἔστι δὲ κὰκ πολέμου τειρομένοις βωμὸς ἀρῆς φυγάσιν*,

quod hiatus dactylicorum versuum inveniatur in choriambicis: Soph. OR. v. 510. *ἁδύπολις, τῷ | ἀπ' ἐμᾶς*. Haec hactenus de puris choriambicis. De choriambicis cum basi habet haec: Esse eos antispasticos veterum, et posse dividi tripliciter; nam aut basin esse duarum brevium syllabarum, ut in Aeoleusium carminibus, neque aliam atque baseos ipsius ei esse vim; baseos autem producto ad tres vel complures moras spatio, eius vim esse eandem atque ceterorum pedum; quo facto divisum esse choriambum monopodice sic ut apud Horatium

-⏓ | -⏑⏑ | ⌊_ ‖ -⏑⏑ | ⌊_ ‖ -⏑⏑ | -....

vel iunctum esse dactylum cyclium cum pede praecedente sic, ut dubitat an apud Atticos sit statuendum

-⏓ -⏑⏑ | ⌊_ -⏑⏑ | ⌊_ -⏑⏑ | ⌊_....

Versibus choriambicis cum basi adnumerat Christ asclepiadeum minorem, quem logaoedice

---

[23]) Quod Christ dicit p. 459: Diese einfache natürliche Auffassung bricht selbst noch bei einigen Grammatikern durch wie bei Diomedes p. 508. u. Bass. p. 263, res sic se habet, ut illi choriambicos versus reducant ad dactylicos non eam ob causam, quod ipsum choriambum dactylicam dipodiam duxerunt sed quod cum ad duas formas principales omnia metra revocare studerent facilius choriambicum metrum dactylico quam iambico accomodari poterat. Non igitur quaerunt, sitne aliqua mensura simplex et naturae numeri apta, sed potius possitne rationi suae aptari.

Digitized by Google

-⏑, -⏑⏑, - | -⏑⏑, -⏑, -

non vult dividere, etsi Horatius talem esse versum sibi habuerit persuasum, cum dubitat an non Aeolenses idem senserint atque Horatius et res non ita facile expediatur in trium choriamborum versibus, asclepiadeis scil. maioribus; — asclepiadeis similes

--, -⏑⏑- | -⏑⏑- | -⏑⏑- -⏑̱

--, -⏑⏑- | -⏑⏑- | -⏑⏑-⏑--

--, -⏑⏑- | -⏑⏑- | -⏑⏑-⏑̱

alios. Tertium genus versum choriambicorum est eorum, in quibus sunt admixti choriambis pedes trochaici vel iambici; velut anteponitur dipodia iambica

⏑⏓⏑— | -⏑⏑- -⏑⏑-⏑ -⏑

*ἀναπέτομαι δὴ πρὸς Ὄλυμπον πτερύγεσσι κούφαις.*

⏑⏑⏑— | -⏑⏑- -⏑⏑- --

*νικᾷ δ' ἐναργῆς βλεφάρων ἵμερος εὐλέκτρου;*

huc referri dicit a grammaticis eos quoque versus qui exeant in dipodiam iambicam, vel quorum in medios choriambos inserta sit dipodia iambica:

-⏑⏑- -⏑⏑- -⏑-⏑-⏑⏑-

*πολλὰ μὲν ἐν δουρὶ τιθεὶς αὐχένα πολλὰ δ' ἐν τροχῷ*

-⏑⏑- ⏑-⏑- -⏑⏑-

*τόν τε μεγασθενῆ τριαίνης ταμίαν*

Rarius cum choriambis coniungi dipodiam trochaicam, velut in Eupolideo

-⏑-⏑ | -⏑⏑- | -⏑-⏑ | -⏑-

-⏑-⏑ | | -⏑-⏑ |

⏑--⏑ | | -⏑-⏑ |

-⏑⏑⏑ | | ⏑--⏑ |

⏓⏑-⏑ | | -⏑-⏑ | ;

cui cognatum esse Cratineum; nec non alios versus polyschematistos sic ut Eupolideum fictos inveniri, velut

-⏑-⏑ | -⏑⏑-

*κρίνειν ἢ νὴ τὸν φίλιον* Pher. frg. 92.

⏑-⏑- | -⏑⏑- | -⏑-⏑ | -⏑⏑-

*Παρνασίαν θ' ὃς κατέχων πέτραν σὺν πεύκαις σελαγεῖ* Ar. nubb. v. 604.

⏑⏑⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑

*ἀσπίδα ῥίψας ποταμοῦ καλλιρόου παρ' ὄχθας* Anacr.

⏑⏑⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑⏑

*εἰ σὺ τὰν ἐμοὶ στυγερὰν Τρῳάδα γᾶν μ' ἤλπισας ἄξειν* S. Phil. v. 1174.

Contra versus *ποικιλόθρον' ἀθάνατ' Ἀφροδίτα*, quem epichoriambice, i. e. cum trochaica dipodia ⏑⏑⏑⏑, ⏑⏑⏑⏑, ⏑⏑⏑ dividebant grammatici, logaoedicus videtur Christio praemissa *εἰσβάσει*. —

Choriambos cum anacrusi versus non facile distingui docet a ionicis; sed dubiam rem non esse, ubi prima syllaba sit anceps, vel ubi choriambici pedis finis sit idem atque vocabuli; cuius rei eius exempla vide infra. Basi versus choriambici praemissam esse anacrusin in epionico ab Hephaestione nuncupato metro ⏓|⏑⏑|⏑⏑⏑⏑|⏑⏑⏑⏑|⏑⏑⏑⏑, quod sic dividit Christ ⏓|⏑⏑⏑⏑⏑|—⏑⏑|⏑⏑⏑⏑⏑|⏑

*ὦ καλλίστη πόλι πασῶν ὅσας Κλέων ἐφορᾷ.* — Ionici a maiore sintne ab optimis scriptoribus ficti necne litem fatetur Christius sub iudice esse. Ipse Telesillam in fragmento, quod unum eius carminum extat, Sophoclem in O. R. v. 883. sqq. Euripidem in Hipp. v. 525. sqq. hoc numero usos esse censent.

## H. Gleditsch.

‚Metrik der Griechen und Rômer' inserta est J. Mûlleri ‚Handbuch der klassischen Altertumswissenschaft' (v. II.² p. 677. sqq. 1890.) Auctor eam ob rem laudandus, quod seiunctim de Graecorum et Romanorum re metrica agit. — Choriambum *ἐξάσημον* dicit aeque ac ionicos molossumque p. 693. Dactylicos versus quibus sublatae sint secundae quaeque binae theses, similes esse choriambicis, si formam, non similes si rhythmum spectemus, cum hic ordo dactylicus

⏑⏑⏑— ⏑⏑⏑—

Digitized by Google

sedecim *χρόνων* contra hic choriambicus

- ⏑ ⏑ - - ⏑ ⏑ -

duodecim sit. Choriambicum tetrametrum ionicis esse coniunctum Soph. O. R. v. 483. sqq. Haec sunt quae de choriambo apud poetas Graecos obvio profert. Omnino enim censere videtur minoris momenti pedem cum et illud

*Κρῆσσαί νυ ποθ' ᾠδ' ἐμμελέως πόδεσσι*

ionice dimetiatur. Praeterea comprobat Westphalii monodactylica logaoedica, et catalexi interiore statuta choriambicos qui aliis visi erant versus, logaoedis attribuit, velut

- ⏑ ⏑ — - - ⏑ ⏓ ∧ *ὦ ξένοι αἰδόφρονες* Soph. O. C. v. 273.

(- ⏑ ⏑ -, - ⏑ - dim. chor. *μονοειδὲς* catal.)

- ⏑ ⏑ — — - ∧ *ὦ παλάμαι θνητῶν* S. Phil. v. 177.

⏑ - ⏑ — - ⏑ ⏑ - *Ἔρως ἀνίκατε μαχάν* Ant. v. 781.,

de Hephaestionis mensura nota subiuncta p. 756. Similiter ei choriambus videtur esse catalectica dipodia dactylica in Asclepiadeo maiore versu sic describendo

- ⏓ - ⏑ ⏑ — - ⏑ ⏑ — - ⏑ ⏑ - ⏑ ⏓

*μηδὲν ἄλλο φυτεί- σῃς πρότερον- δένδρεον ἀμπέλω*

in alcaico - - - ⏑ ⏑ — - ⏑ ⏑ — - ⏑ ⏑ - -

*κατθνάσκει Κυθέρη- ἄβρος Ἄδω-νις· τί κε θεῖμεν;*

in anacreonteo - ⏑ ⏑ — - ⏑ ⏑ - ⏑ — ⏓

*ᾠνοχόει δ' ἀμφίπολος μελι-χρόν*

in sapphico - ⏑ ⏑ — - ⏑ ⏑ — - ⏑ ⏑ - ⏑ — ⏓

*δεῦτέ νυν ἄ-βραι Χάριτες- καλλίκομοί τε Μοῖ-σαι.*

Choriambos *ἑξασήμους* quos vult ab eo statutos non inveni. Priapeum cratineum eupolideum epionicum polyschematistum logaoedicos esse versus ex Gleditschii sententia vix est quod dicam. — Latinorum comicorum vult hos choriambos esse

Plaut. men. v. 110.

ní mala ni stúlta sies ni índomita impósque animi

Ter. ad. v. 611. sqq.

út neque quid mé faciam néc quid agam certúm siet

Digitized by Google

mémbra metu débiliā súnt, animus timóre
óbstipuit, péctore consístere nil cónsili quit.

Asclepiadeis Horatium Catullumque non aliter esse usos atque Graecos poetas nisi quod caesura ab Horatio non sit neclecta ‚basis'que semper spondiaca facta.

---

## Joannes Luthmer

scripsit de choriambo et ionico a minore diiambi loco positis dissertationem insertam dissertationum philologicarum Argentoratensium volumini octavo; de qua confer Hansen in Leutschii annalibus que vocantur Philol. Anz. a. 1885. p. 10. sqq., et Klotz in Bursiani „Jahresber." a. 1886., v. III., p. sqq. — Studemundus vero Luthmerum docuit pro duobus iambis haud raro legi modo choriambum modo ionicum a minore, ac maxime in iamborum vicinia, mutato syllabarum ordine sic:

⏑ –̀ ⏑ –́     ⏑ –̀ ⏑ –́
–̀ ⏑ ⏑ –́     ⏑ ⏑ –̀ –́

cum alia non pauca formae –⏑⏑– cola ita ad logaoedicos referenda essent, ut schema –⏑⏑– dipodiam dactylicam catalectiam efficeret. Illius vero licentiae in initio diverbii trimetrorum admissae affert exempla haec

Ae. Spt. v. 547. *Παρθενοπαῖος Ἀρκάς· ὁ δὲ τοιόσδ' ἀνήρ.*
Eur. suppl. v. 889. *Παρθενοπαῖος εἶδος ἐξοχώτατος*
A. spt. v. 488. *Ἱππομέδοντος σχῆμα καὶ μέγας τύπος*
Soph. fr. 785. *Ἀλφεσίβοιαν, ἣν ὁ γεννήσας πατήρ*
A. choeph. v. 677. *εἶεν· ἀκούω· ποδαπὸς ὁ ξένος; πόθεν;*
Ar. pac. v. 633. *εἶεν· ἀκούω· ταῦτ' ἐπικαλεῖς· μανθάνω . .*
A. choeph. v. 1049. *φαιοχίτωνες καὶ πεπλεκτανημέναι,* praeterea

–⏑⏑– ⏑––⏑⏑–⏑–
⏑––⏑–

Alc. frg. 18., v. 1 *ἀσυνέτημι τῶν ἀνέμων στάσιν.*

Digitized by Google

(ubi legi potest *εἰέν γ', ἀσύννετημι, εὖ συν(ν)έτησα*). Alterum Studemundi sententiae argumentum proponit in medium Luthmer Hephaestionis verba haec (p. 30. W.) *τὸ χοριαμβικὸν συντίθεται μὲν καὶ καθαρόν, συντίθεται δὲ καὶ ἐπίμικτον πρὸς τὰς ἰαμβικάς*, scholiastae A haec (p. 179. W.) *τὸ χοριαμβικὸν δέχεται τὸν χορίαμβον καὶ τὰς ἰαμβικὰς συζυγίας .... Γίνεται δὲ καὶ διαλυομένης τῆς πρώτης μακρᾶς εἰς δύο βραχείας πεντασύλλαβος ἐκ χορείου καὶ ἰάμβου· ὅθεν ἴσως καὶ χοριαμβικὸν ἐκλήθη*, scholiastae ad c. XVI. haec (p. 212 W.) *ὑπερτιθεμένου γὰρ τοῦ τῆς μακρᾶς χρόνου ἐν τῷ ἰαμβικῷ γίνεται χοριαμβικὸν σχῆμα.* Hanc inquit Luthmer explicationem Studemundus suam esse voluit nisi quod Hephaestionem in eo vituperavit, quod choriambum ex ⏑⏑⏑⏑– ortum esse contendit; figuram enim ⏑⏑⏑⏑⏑– non tam ⏑͜⏑⏑⏑– intelligentam esse quam ⏑⏑͜⏑⏑– ut esset solutio ⏑ ̀⏑–́. — Disgrediar hic a proposito, ut statim hanc sententiam refutem, quippe ad quam vix sit infra opus revocare. Ac primum quidem in ultimis verbis inest, quale non Studemundo viro doctissimo tribuerem, nisi Luthmer affirmaret hanc eius esse sententiam. Videtur ille verba scholiastae *γίνεται πεντασύλλαβος ἐκ χορείου καὶ ἰάμβου· ὅθεν ἴσως καὶ χοριαμβικὸν ἐκλήθη* sic interpretatus esse: oritur choriambus pentasyllabus, (Luthmeri verba: choriambum ex ⏑⏑⏑⏑– ortum), cum intelligenda sint: ex choriambo tetrasyllabo fit interdum pentasyllabus, scilicet soluta priore longa. Porro non est Hephaestio vituperandus propter ea, quae extant in hoc scholio; quod scriptum esse a sciolo quodam apparet, qui trochaion choreion quoque appellari nesciebat usus chorei nomine ad tribrachyn nuncupandum; quam ob rem inditum vult nomen pedi a maxime insoleta eius soluta forma. Denique. atque id maioris momenti est, *χοριαμβικὸν ἐπιμικτὸν πρὸς τὰς ἰαμβικὰς* non est choriambicum quod inmisceatur iambis, id quod voluit Luthmer, sed choriambicum cui inmisceantur iambi sic, ut primas partes agat ut ita dicam, choriambicum, licentia autem quadam

Digitized by Google

admittantur iambi. Recta hac in re vidisse Westphalium qui et artis vocabulum *πολυσχηματιστος* primus recte interpretatus est, habeo persuasum; nam dicuntur his verbis '*ἐπιμικτος πρὸς τὰς* . . . . (*συζυγίας*)' ubique ab Hephaestione metra *ὁμοιοειδῆ*. Quod apparet cum verbis scholiastae *τὸ χοριαμβικὸν δέχεται τὰς ἰαμβικὰς συζυγίας* tum argumento ex silentio, quod vocamus, quo, cum hic careat labe qua solet alibi esse, non dubito niti. Rei enim tam gravis, ut eius vel in initio capitis mentionem faceret, iambicos dico versus, quibus inmixti sunt choriambi loco diiamborum, Hephaestio si habuisset exempla quis dubitat quin allaturus fuerit? At non habuit. Nam orsus a quattuor istis versibus, quos affert Luthmer disciplinam exstruere sane noluisset. Quattuor dico, cum reliquis a nominibus propriis incipientibus neminem vinci confidam. Haec de Hephaestionis interpretatione. Porro, ut omittam breviores versus ut illud

*ὄλβιε γάμβρε, σοὶ μὲν*
*δὴ γάμος, ὡς ἄραο*
*ἐκτετέλεστ᾽, ἔχῃς δὲ*
*πάρθενον, ὡς ἄραο*

ubi loco secundi cuiusque choriambi (cat.) – ⏑ – diiambum ⏑ – ⏓ contendit Luthmer, quomodo putas factum esse, ut ex. c. in Philoct. v. 1137.

*μυρί᾽ ἀπ᾽ αἰσχρῶν ἀνατέλλονθ᾽ ὅς ἐφ᾽ ἡμῖν κακ᾽ ἐμήσατ᾽ ὦ Ζεῦ*
– ⏑ ⏑ –, – ⏑ ⏑ –, – ⏑ ⏑ –, – ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏓

quater immutaretur ordo syllabarum facto ex diiambo choriambo, qua re plane natura versus commutatur? Denique, id quod gravissimum est, infra videbimus totam illam Hephaestionis clausularum mensuram esse perversam exceptis Alexandrinorum poetarum locis, ita ut neque diiambus sit catalecticus in huiusmodi formis

– ⏑ ⏑ –] – ⏑ – ⏑ – ⏑ –

neque choriambica haec forma – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑. — Haec habeo quae contra Luthmerum proferam. Adde argumenta



Digitized by Google

*Klotzii*; qui Philoct. v. 1137.—1161., Ach. v. 1150.—1162., Lys. v. 326.—340., ubi diiambus qui non est in clausula, respondet choriambo, locos corruptos censet; et *Hanseni*, qui re ipsa probata vituperat argumentum Luthmeri, nam ei ipsi videntur oriri choriambi, indem in iambischen Reihen durch Verschiebung der Icten (mutatum syllabarum ordinem voluerat Luthmer) eine trochäische Gegenströmung entstehen kann. Quod non placet eandem ob causam, quam modo attuli; nam choriambicorum versuum plane alia est indoles atque iambicorum. Neque mihi satisfacit alia Hanseni opinio, ex qua contendit fieri e duobus choriamborum duorum vicinis longis unam atque eam quattuor temporum:

-⏑⏑- -⏑⏑-

= -⏑⏑⏗⏑⏑-,

nam quos affert, Aesch. Prom. v. 128. spt. 70. (ubinam est gentium, qui *παιδολέτωρ δ᾽ ἔρις ἅδ᾽ ὀτρίνει* sic recitet -⏑⏑⏗⏑⏑-⏑--!) S. El. v. 1058. E. Troad. v. 565. non sunt choriambici. Neque Heracl. vv. 355./6. placet diviso

*ὦ ξεῖν᾽ Ἀργόθεν ἐλ-*
*θών· μεγαλαγορίαισιν*

Postremo nullius alius numeri exemplo contractio duarum in unam maiorem syllabarum longarum si quid video, potest firmari; ut omittam illam longam choriamborum, si esset non quattuor sed sex temporum futuram esse.

## U. de Wilamovitz

in libri de Isyllo Epidaurio scripti („Philol. Unters.' v. IX., 1886.) epimetro tertio de ionicis choriambisque fusius agit p. 125. cf. Klotz in „Bursians Jahrb.' 1886., v. III., p. 159.

Cuius sententiam ne ipsam quidem non probo. Quid quod in praefatione epimetri docet rem metricam non esse tractandam nisi *ἐμπείρως* et carminibus ipsis excussis, eamque ob rem versum *Κρῆσσαί νύ ποϑ᾽ ὧδ᾽ ἐμμελέως πόδεσσι* ionicum maiore censent, p. 132. vero nihil cunctatus con-

Digitized by Google

tendit, choriambum fieri anaclasi ionici (cf. p. 22.), indeque profectus versum

*ἀσπίδα ῥίψας ποταμοῦ καλλιρόον παρ' ὀχθάς*

-⏑⏑-, -⏑⏑-, -⏑⏑⏑⏑⏑⏑

ionicum esse censet? Contra a Sapphus natura hanc anaclasin esse alienam neque similem illum versum *δεῦτέ νυν ἅβραὶ Χάριτες καλλίκομοί τε Μοῖσαι* esse versui *ἀσπίδα ῥίψας κτλ.*, sed scribendum esse *δεῦτε νῦν κτλ.* similiter atque

Te deos oro Sybarin cur properas amando?

Haec sane *ἐμπειρίαν* non redolent, *neque ullo a Wilamovitzio firmantur argumento*, nisi quod de Anacreonteo versu hoc: Wie er, inquit, bei Anacreon aufzufassen sei, lehrt die grôssere Fûlle von Belegen. (p. 133.) Sed quid inde cum non extent nisi fragmenta lyricorum? cf. Klotz. l. l. Anacreontis illud in Artemonem carmen constat, si Wilamovitzium sequimur, tetrametris cum anaclasi *ionicis, puro ionico non admisso!* Neque solum apud lyricos, sed in tragoediis comoediisque Wilamovitz *ratione variae choriambi et ionici indolis non habita*, strophas id genus ionicochoriambicos sibi invenisse videtur. Monet vero p. 159. qui de indole numeri ionici iudicent, ne neglegant verba Heraclidis Pont. (Athen. p. 625.) *οὐδὲ τὸ τῆς Ἰαστὶ γένος ἁρμονίας οὔτε ἀνθηρὸν οὔτε ἱλαρόν ἐστιν, ἀλλ' αὐστηρὸν καὶ σκληρόν, ὄγκον δὲ ἔχον οὐκ ἀγεννῆ· διὸ καὶ τῇ τραγῳδίᾳ προσφιλὴς ἡ ἁρμονία.* Non neglegam infra; sed ne id quidem neglegam, duas *τῆς τοῦ Ἰαστὶ γένους ἁρμονίας* species esse, quorum alteram *αὐστηρὰν καὶ σκληρὰν* et tragoediae aptam cognovit vir doctus eiusque originem repetivit ab Ionum natura; altera quae Heraclidis temporibus florere coepit, ab eo neclecta; sed de ea ipse Athenaeus vel quivis alius haec addit, quae verba Wilamovitz omisit: *τὰ δὲ τῶν νῦν Ἰώνων ἤθη τρυφερώτερα καὶ πολλῷ παραλλάττον τὸ τῆς ἁρμονίας γένος.*



Digitized by Google

# Caput III.

## Qui versus re vera videantur choriambici esse, quasque in eis conscribendis leges secuti sint poetae.

1. Ipsam quaestionem priusquam diiudicare coner, pauca de ratione et via praemittam.

In eligendis e confusione versuum, de qua adhuc egi, vere choriambicis non licet revocare ad leges ipsas choriambicorum versuum. Quae leges sane inveniri nequeunt nisi antea quaestione, qui versus sint vere choriambici, absoluta. Hac igitur via si progrederemur, in circulum vitiosum quem vocant ne incideremus periculum esse futurum apparet. Hoc quidem concedo, esse versus quorum mensura choriambica nequaquam versatur in dubitatione; sed his si nitamur, vide ne tunc quidem res non sua comprobata sit natura, sed tanquam e consensu, ut philosophi dicunt gentium; quod argumentum quantillum valeat, notum. Nec sunt illi versus tales, quales ubique fundamento nobis sint, sed fere non consentiunt viri docti nisi de versibus longioribus; inprimis autem litigari de brevioribus versibus

-⏑⏑, -⏑, -⏑

-⏑⏑-, ⏑-⏑

quaeso memento. — Tamen aliquid fructus inde nos posse percipere non nego.

Nec magis licet niti veterum scriptis, quae sunt de re metrica. Quorum disciplina etsi accurate non fundata illa quidem, verum sic extructa est, ut qui grammaticorum corripiunt hariolationes insaniamque et calumniantur, J. H. H. Schmidtium imprimis dico, se ipsos parum peritos eius disciplinae esse comprobent; tamen hoc semper tenendum, neque eos libros, qui iam extant, neque eos ex quibus descripti sunt, temporibus vivae ut ita dicum florentisque poeseos esse scriptos. Neque cuiusquam assensu leguntur illa eam ob rem quod rhythmica arte plane neglecta syllabarum tantum quantitates spectant grammatici.

Digitized by Google

Tales igitur in medium veniant leges in absolvenda quaestione, quales firmari possint et fundari non ex grammaticorum auctoritate vel ex ipsorum choriamborum, sed e numeri natura universa.

Qua in re neminem a me postulaturum spero, ut ea, quae iam extra sunt dubitationem, recoquam; quid enim crambe repetita antispasticos non esse choriambicos quosdam versus denuo comprobem? Immo hoc meum fuit, ea de quibus iam controversia est inter viros doctos, plana prout potui facere.

2. Ac primum quidem quae vis sit choriambicis versibus, perquiramus. Cum ionicis id commune est choriambicis versibus[24]), quod continuato utroque pede coniunguntur binae longae binaeque breves syllabae

-⏑⏑-, - ⏑⏑-, - ⏑⏑-

⏑⏑- -,⏑⏑- -,⏑⏑- -

qua re imprimis eos dixerim distingui a iambicis trochaicis dactylicis, quod magis inter se sunt contrariae duae arses thesesque coniunctae quam duae theses cum una arsi vel una thesis cum una arsi in unum coactae. Et positam esse in illa coniunctione syllabarum longarum et brevium vim ionici choriambicique propriam numeri apparet. Nam ut opus est maiore intensione et impetu vocis ad pronuntiandas subsequentes *duas* productas, impetus quidam necesse est animi et concitatio sit eius qui pronuntiat; id quod et psychologiae quam vocamus periti docent et in suo ipsius sermone cuique licet observare. Hac vero re est factum ut siquis hos numeros ad dialogos vel carmina

---

[24]) *ἐπιπλοκῇ* iuncta esse voluerunt grammatici ionicum et choriambicnm metrum, velut Aphthon. p. 63.[11] impr. p. 64.[10]. Quae doctrina adeo non spectat rhythmum, ut falsus sit Christ qui an poetis optimis nota fuerit dubitat (p. 548); nec non versatur de hac re in errore Hermannus p. 492. sqq. Sed hoc omitto, cum inde lucis quidquam neque ionico neque choriambico neque discernendo altori ab altero metro.

epica pangenda usurparet, risum moveret. — Potest autem illa concitatio animi varia esse et variis ex causis orta; et alii aptius esse choriambicum metrum alii ionicum omnes spero concessuros, etsi haec res melius auribus percipitur quam verbis describitur. In illo enim numero colliduntur ut ita dicam, *duorum pedum* singulae arses ‒◡◡‒ | ‒◡◡‒, cum lentius labantur et defluant ionicae *unius pedis* arses ad finem pedis ◡◡‒‒ | ◡◡‒‒; qua re fit acrior ille numerus, non ita concitatus hic. (Quod si quis volet negare, hoc teneto, carmina ionica esse, carmina choriambica non esse nisi inde ab Alexandrinorum poetarum temporibus, cum optimi poetae voluerint choriambicos versus partes esse stropharum potissimum logaoedicarum. Quod qui factum? Vetabantur pangere carmina mere choriambica, quae quomodo sonarent facile cogitatione tibi fingas, acritudine numeri, non vetabantur carmina ionica scribere. Sed hoc dico praeoccupans; nam nondum demonstratum, velut lyricorum quosdam versus non esse choriambicos, sed choriambicologaoedicos.) — Quam ob rem ego pugnem cum Boeckhio quippe qui choriambos convenire censuerit amatorio et ludibundo carmini. Hanc provinciam ionicis ego potius relinquam; nam sane gaudio vino amore commovetur et concitatur animus, turbatur vero et agitatur ira furore odio vel laetitia praeter modum elata. Rectius igitur de vi choriambi videntur iudicasse I. H. H. Schmidt, qui dicit: (Leitfaden der Rhythmik und Metrik 1869. p. 33.) die Choriamben, ein seltener Takt, dienen besonders zum Ausdrucke des höchsten Grades der Verzweifelung und des Unwillens. Daher bilden sie auch gern sehr lange Verse, weil die Verzweiflung schwer zur Ruhe gelangt..... Gerne (hoc improbo) folgen auf choriambische Verse ionische, die zwar auch heftige, aber im Verhältnis gegen jene doch bedeutend gemilderte Gemütsstimmungen bezeichnen (similia docet passim in libro qui die Kunstformen inscribitur), et Rossbach [3]III., 2. p. 516., ubi logaoedicis

Digitized by Google

versibus tribuitur wechselvolle individuelle freie Beweglichkeit, Anmut und Grazie, bei häufiger Anwendung von Choriamben auch ungestüme Heftigkeit und Leidenschaftlichkeit. Et recte Gevaert quoque (Hist. de la mus. p. 124.) Les choriambes se monstrent seulement dans les situations les plus poignantes et toujours associés à d'autres mètres. Quod infra confirmabitur exemplis.

Ex argumento igitur carminis potissimum licet petere indicium in distinguendis ionicis choriambicis logaoedicis versibus. Qua in re hoc moneam, nobis non licere uti hoc indicio nisi ubi poetae studeant ut vere congruant argumentum carminis et indoles metri. Quodsi Alexandrinus poeta Philicus scribit choriambicos versus hexametros ut aliquid novi, ut ait, rariore metro usurpato eis qui legant offerat, nihil sane valet haec lex.

3. De ionicis ubi supra egi versibus, ionicos a minore ubique dixi. Ionici a maiore enim quomodo a choriambicis distinguerentur non fuit cur argumenta afferrem, cum eam sententiam, ex qua non inveniuntur ionici a maiore apud poetas optimos, magis magisque comprobent viri docti. Et ei quoque qui ionicos a minore sic dimetiuntur ⏑⏑ ⁞ – – ⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑ – – ..... in poetarum qui ante Alexandrinorum tempora sunt, carminibus, hoc fere non faciunt quod revera „scabrum illum et arrhythmia potuis quam rhythmo insignem" quem iure dicit Boeckh numerum a maiore usurpatum esse censeant, sed quod nolunt a thesi incipi ullum versum, de qua doctrina vide Hermanni El. doctr. metr. p. 11., segm. 10. Sed quod de languore numeri dixi Boeckhium secutus, redit ad sensum arbitriumque cuiusque, neque hoc argumento convinco Wilamavitzium Gleditschiumque. Tamen vide ne sententiae Rossbachii et Westphalii (qui cum Sotadei iam versus coeperint esse in usu, alios quoque versus eorum modo divisos esse a grammaticis Alexandrinis censent), sit adiumento haud parvo, quod Varronianis id quod supra demonstravi nequaquam

Digitized by Google

noti ionici a maiore versus sunt praeter Sotadeos; quorum in scriptis extare doctrinam et antiquiorem et meliorem Hephaestioneā inter omnes constat.

4. Iam venio ad logaoedicos choriambicosque versus discernendos secundum vim et indolem utriusque metri. Quam diversissimam esse nemo est quin sciat. Et vix est cur dicam, mihi ab hac metrorum diversitate profecto velut hos lyricorum versus non videri choriambicos, sed logaoedicos

Sapphus *ὄλβιε γαμβρέ, σοὶ μὲν δὴ γάμος ὡς ἄραο* } non –⏑⏑–, ⏑–⏑ sed –⏑⏑, –⏑, –⏑,

Anacr. *Σίμαλον εἶδον ἐν χορῷ πηκτίδ' ἔχοντα καλήν*
non –⏑⏑–, ⏑–⏑–, –⏑⏑–, ⏑–⏓ sed
–⏑⏑, –⏑, –⏑, – | –⏑⏑, –⏑, –⏓,

eiusdem *ἠρίστησα μὲν ἰτρίου λεπτοῦ μικρὸν ἀποκλὰς*
non –⏓, –⏑⏑–, ⏑– | –⏓, –⏑⏑–, – sed
–⏓, –⏑⏑, –⏑, – | –⏑, –⏑⏑, –⏓,

porro hos non choriambicos sed choriambicologaoedicos

Anacr. *δακρυόεσσάν τ' ἐφίλησεν ἀιχμάν*
non –⏑⏑–, –⏑⏑–, ⏑–⏑ sed
–⏑⏑– | –⏑⏑–⏑⏑–⏓

Sapph. *δεῦτέ νυν ἁβραὶ Χάριτες καλλίκομοί τε Μοῖσαι*
non –⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑–, ⏑–⏓ sed
–⏑⏑–, –⏑⏑– | –⏑⏑–⏑⏑–⏓

Nullus enim in his tumultus, nulla ira, non laetitia profusa. — Qua mensura vides non paucos illorum *ὁμοιοειδῶν* versuum, qui placuerant Hephaestioni propter immixtos diiambos, plane tolli; nam desinunt et hae syllabae fini adiectae ⏑–⏓ esse iambica dipodia catalectica pro choriambo catalectico posita, et hae in medio positae ⏑–⏑– dipodia acatalecta iambica. Iam igitur qui brachycatalecti fuere, velut *τέγγε πλεύμονα ϝοίνῳ· τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται*

–⏓, –⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑–, ⏑–

fiunt catalectici sic

. . . . . . . . . . . –⏑⏑, –⏑,

non cum eurhythmiae damno, cum nimis abrupte sonent brachycatalecti. — Sed cum profectus ab argumento carminum hos versus, quibus deest vehementia choriamborum propria, choriambicos esse negem malimque esse logaoedicos vel choriambicologaoedicos, pugnabunt mecum ei, qui negant his versibus hanc vim inesse oportere. Nam sunt qui doceant iambis trochaeisque inmixtis vehementiam numeri non paulum minui, velut in eupolideo (Christ. Metr. § 544.)

– ⏑ – ⏑ | – ⏑ ⏑ – | – ⏑ – ⏑ | – ⏑ –

quod logaoedicum censeo

– ⏑ – ⏑, – ⏑ ⏑, – | – ⏑ – ⏑ – ⏑ –

et in aliis. Quid? usurpant poetae numerum acrem, vehementem, turbulentum; cuius vim si minuunt in unoquoque versu nonne circuitu aliquo ad id quod voluerant, molliorem dico numerum, pervenisse videntur? Non fuit facilius statim sumere metrum, cuius incitationi non iam eis erat moderandum, logaoedicum dico admodum tritum antiquitus et cuius poterant augere vim adiectis choriambis?

5. Sed explicandum qui potuerit fieri ut choriambus immisceretur logaoedis quos supra attuli

(..) – ⏑ ⏑ – | – ⏑ ⏑, – ⏑, – ⏑

(..) – ⏑ ⏑ – | – ⏑ ⏑ – | – ⏑ ⏑, – ⏑, – ⏑.

Quam quaestionem iam Voss absolvit cum in choriambo dactylos videret latere, qui quidem et in logaoedicis occurrunt. *Coniungitur ergo cum logaoedicis choriambus non pes diversi sed eiusdem generis.* — Post vero Vossium Apelius dactylum versuum logaoedicorum *κύκλιον*[25]) quem vocant esse invenit. Sequebatur ut choriambus constaret cycliis duobus dactylis propter ipsam logaoedicorum et choriamborum crebram coniunctionem. Cuius rei Christius si quid video primus attulit testem antiquum. Dicit enim schol.

[25]) docet Dion. Hal. de comp. verb. c. 17. a rhythmicis *μακρὰν βραχυτέραν τῆς πελείας* nominari *ἄλογον* et pedes anapaesticos quibus sit talis syllaba, *κύκλους*.

B. Heph. p. 135.11 (Hörschelmann., progr. Dorp. p. 29.) in enumeratione pedum ὄγδοος ὁ χορίαμβος .... ὁ καὶ κύκλιος ἢ ὑποβάκχειος ἢ καὶ βακχεῖος κατὰ τροχαῖον. Hic latere rhythmicorum doctrinae vestigium ex eo apparet, quod nomina βακχεῖος κατὰ τροχαῖον, δάκτυλος κατὰ βακχεῖον alia huius formae sunt συμπλεκόντων: vide Ar. Quint. 38. W. (I²) et cf. Westphal. Aristox. p. 141. Denique adde anonynum in anall. gramm. ed. Keil. Hal. 1848. p. 10., Georg. Choer. in Studem. anall. I. p. 62., anon. Ambros. ibid. 228.11. — Aliud dactylicae originis testimonium indagasse mihi videor apud Aphthon. p. 42.7., qui locus est de genere pari duplici sescupli. Ubi exstant haec: „nam dactylus aequa temporum divisione taxatur, ut et anapaestus .... idem fiet in dipodia facta coniugatione binum pedum per choriambum et antispastum, quia quantum in sublatione habet, tandundem in positione, et idem apud Graecos ἴσος ῥυθμὸς id est aequalis dicitur“. Locum descriptum esse ex rhythmica quodam arte vel argumento apparet. Tamen inde non omnia originem petivere; nam vocabula „et antispastus“ vel ipse Aphthonis addidit vel nescioquis alius, quas voluit partes agere hunc pedem choriambo oppositum, v. p. 87., 26 sqq. His vocibus duobus deletis, quid iam restat? Choriambus qui alibi binum pedum, i. c trochaei et iambi, coniugatio esse dicitur, hic est dipodia generis *paris*, dactylici scilicet, nam anapaestici non potest esse! Nam si choriambum -⌣|⌣- esse voluisset Aphthonius, id quod alibi docet (p. 86.3.), quomodo dicere potuit eum tantundem in positione, quantum in sublatione habere? — Sed non est quod veterum testimoniis acquiescamus, cum poetarum ipsorum versus comprobent rem. Cum sit choriambus dipodia dactylica, dactyli autem non inveniantur nisi in dactylicis vel logaoedicis versibus, choriambici quoque versus sunt dactylici vel logaoedici. Quam ratiocinationem confirmant, ut modo dixi, carmina. Invenitur choriambus in dactylicis puris qui et ipsi sunt

Digitized by Google

pars logaoedici carminis, plurimum in fine versus positus, velut Eur. Bacch. v. 116.

‒ ‿ ‿ ‒ ‿ ‿ ‒ ‿ ‿ ‒

*εἰς ὄρος εἰς ὄρος ἔνθα μένει*

cf. Ai. v. 373., Trach. v. 115., Alc. v. 588. sqq., Bacch. v. 115., El. v. 452., J. A. v. 1042., Thesm. v. 115. (Numeri sunt ubique Dindorfianae ed. quintae.) Sed hoc liceat omittere. *Ceteri omnes choriambi partes sunt vel versuum vel carminum logaoedicorum*, exceptis perpaucis eis, quos ionici sequuntur, de quibus infra agam[26]). Plerumque et praecedunt logaoedici versus et sequuntur. Sed ibi quoque ubi praecedunt iambi, id quod raro fit, quin logaoedici sint choriambi non est dubium. Velut Spt. v. 915. est

‿ ‒ ‿ ― ‒ ‿ ‿ ‒ ‿ ‒, et sequitur hic versus

‿ ‒ ‒ ‿ ‿ ‒ ‒ ‿ ‿ ‒ ‿ ‿ ‒ cum uno choriambo sed logaoedicus et ipse;

Choeph. 53., ubi praecedunt

‿ ‒ ‿ ‿ ‿ ‿ ‿ ‿ ‿ ‒ ‿ ‒

‿ ― ‒ ‿ ‿ ‒ ‿ ‿ ‒ ‿ ‒ ‒

‒ ‿ ‒ ‿ ‒ ‿ ― ‒ ‿ ‿ ‒ ‿ ‒

‿ ‒ ‿ ‒ ‿ ‿ ‒ ‿ ‿ ‒ ‿

‿ ‒ ‿ ‒ ‿ ‒ ‿ ‒

‿ ‒ ‿ ‒ ‿ ‒ ‿ ‒

‿ ‒ ‿ ‒ ‿ ‒ ‿ ‒

hic quoque

---

[26]) Praeterea excipiendi sunt Plauti choriambi cum creticis coniuncti velut Bacch. v. 625.

perdidi me atque opera Crusali,

quem Ribbeck me docuit dimetiendum esse (cf. Christ. § 457.)

‒ ‿ ‒, ‒ ‿ ‿ ‒, ‒ ‿ ‒;

cf. Curc. 301. tū crŏcīnom ēt (quem versum volunt Götz et Schöll esse tu crocinum et casias tu telinum ‒ ‿ ‿, ‒ ‿ ‿, ‒ | ‿ ‒ ‿ ‿) Trin. 300. pectŏrĕ cōn(sident) (ubi anapp. sec. Götz-Schöll.) Hunc choriambum natum esse censeas ex cretico sic

‒ ‿ ‒ | Sed a Plauti versibus profectus nemo credo volet lucem afferre
‒ ‿ ‒ | Graecis. (De ceteris Plauti chor. cf. p. 78./9. et indicem metror.
‒ ‿ ‿ ‒ | ed. Götz-Schöll.)

Digitized by Google

*δνόφοι καλύπτουσι δόμους* ⏑, –⏑, —, –⏑⏑, –
coniunctus est cum sequente logaoedico

–⏑, –⏑⏑, –⏑

*δεσπότων θανάτοισιν*[27]).

Sed quaeret a me quispiam, quo iure hos ipsos versus dicam esse logaoedicos non eos dimensus choriambice

⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑–, ⏑–⏑ Spt. 916.

–⏑, –⏑⏑–, ⏑ Choeph. 54.

cum lis de eis iam pendeat? Sed statim res comprobabitur. Non solum enim supra doctrinam quae est de iambica clausula ⏑–⏑, labefactavimus; sed etiam sunt versus, quibus eam plane falsam esse demonstratur. Nam formarum, quae visae erant purae choriambicae extant formae cognatae aperte non choriambicae, sed choriambologaoedicae, quibus non nihil illustratur mensura illorum. Velut ubi haereas dimetiarisne versum Simonidis (17.[2] Hiller)

*μηδ' ἄνδρα ἰδὼν ὄλβιον ὅσσον χρόνον ἔσσεται*

sic –, –⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑–, ⏑– an sic

–, –⏑⏑,—,–⏑⏑,—,–⏑⏑,–⏑, –

conferas praecedentem

*ἄνθρωπος ἐὼν μήποτε φάσῃς ὅτι γίνεται αὔριον*

–, –⏑⏑, —, –⏑⏑, —, –⏑⏑ –⏑⏑–⏑⏑

cuius clausula nequaquam patitur mensuram choriambicam[28]). Huius generis monochoriambica exempla praesertim ex Pindari epiniciis petas. Et versus breviores

–⏑⏑ –⏑ –⏑

tam saepe cum logaoedicis *πρὸς δύο τρισὶ τέτταρσι* coniunguntur, ut quin ipsi non sint choriambici sed logaoedici *πρὸς ἑνὶ* non sit dubium, nisi forte quis concinnitati rhythmorum perturbationem praefert. Denique hoc monendum, longas choriambi fere non solvi ut par est dactylo.

---

27) Cretici qui videntur esse ante choriambos Ant. v. 138. *εἶχε δ' ἄλλᾳ τὰ μὲν* vide ne sint trochaei ⏗⏑ ⏗ ⏗⏑ ⏗ (cf. Rossbach [3]III, 2. p. 733), cum sit omnis stropha logaoedica.

28) cf. Christ. § 529.

Digitized by Google

6. Apelio et Gleditschio duo genera choriamborum esse visa sunt, dactylicorum scil. catalecticorum et proprie choriambicorum. Medium igitur tenent inter veteres et Vossianos. Quorum improbo doctrinam. cf. p. 98. Tragicorum versus choriambicos si cum lyricorum versibus conferas, — nam proprie choriambi obvii videntur esse apud tragicos Gleditschio —, et easdem formas invenies, quae quin item choriambicologaoedicae sint ne Gleditsch quidem negat, et alias nempe copia formarum aucta posterioribus temporibus. Novae autem formae non genere, sed mero choriamborum numero differunt a lyricorum. Nam eadem clausula additur, ferme et praemittitur basis vel anacrusis. — Cuius rei sunt paucae exceptiones, eos dico potissimum versus, qui carent clausula logaoedica, ut dimetra

Ai. 1200. *οὔτε βαθειᾶν κυλίκων*, trimetra

A. Su. v. 57. *εἴ τε κυρεῖ τις πέλας οἰωνοπόλων*

Sed videntur hi excipiendi esse, non sunt. Nam nusquam invenies tales versus in fine strophae collocatos, sed semper sequuntur alii versus. Et fortasse hi ipsi versus non sunt dimetiendi

-⏑⏑-˘˘-⏑⏑-˘˘

-⏑⏑-˘˘-⏑⏑-˘˘-⏑⏑-˘˘

(ubi syllabarum notis supra lineam scriptis volo notatas esse syllabas catalexi quae intercidere) sed uno vel duobus choriambis cum clausula logaoedica

-⏑⏑-˘˘-⏑⏑-˘

-⏑⏑-˘˘-⏑⏑-˘˘-⏑⏑-˘.

7. Saepius enim iure quaerat quispiam, sintne syllabae -⏑⏑- revera ortae ex -⏑⏑-˘˘ an ex -⏑⏑-˘. Velut Sept. v. 735. *αὐτοδάικτοι θάνωσιν*

et potest ex hac natus forma logaoedica esse -⏑⏑-˘˘-⏑⏑-

et hac -⏑⏑- ˘ -⏑⏑-;

nec non versus *δεῦτέ νυν ἀβραὶ Χάριτες καλλίκομοί τε Μοῖσαι*

potest esse -⏑⏑-˘˘-⏑⏑-˘˘-⏑⏑ -⏑⏑-

logaoedicus *πρὸς πέντε δακτύλοις*, et dividi in duo cola

logaoedica, quorum alterum est *πρὸς τρισὶν* alter *πρὸς ἑνὶ*

–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑ | –⏑⏑–⏑⏑–⏑;

denique ubi sex vel septem choriambi coniuncti sunt, monemur ipsa recitandi difficultate, ut in cola dividamus versum velut

*μάντις ἔκλαγξεν προφέρων*
*Ἄρτεμιν ὥςτε χθόνα βάκ-*
*τροις ἐπικρούσαντας Ἀτρεί-*
*δας δάκρυ μὴ κατασχεῖν*

Quo facto haereas, sitne cola talia

–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑ an talia –⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑ –⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑ –⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑
–⏑⏑– ⏑ – ⏑ – ⏑ –⏑⏑– ⏑ – ⏑ –⏑

Hoc si fit, secundus quisque pes non iam est choriambus. Et re vera non dactylo sed trochaeo catalectico haec cola –⏑⏑– –⏑⏑–

⏑ – ⏑ – –⏑⏑–

similia claudi eam ob rem est versimile, quod inveniuntur similes versus longiores, in quibus statim additur syllaba brevis ut fiat trochaeus

rau. v. 204. ⏑|––⏑, ––, –⏑⏑ –⏑ ––
*φθεγξώμεθ᾽ εὔγηρυν ἐμὰν ἀοιδὰν*

Or. vv. 807. sqq.
*ὁ μέγας ὄλβος ἅ τ᾽ ἀρετὰ* ⏑⏑⏑ –⏑ –⏑⏑–
*μέγα φρονοῦσ᾽ ἀν᾽ Ἑλλάδα καὶ* ⏑⏑⏑ –⏑ –⏑⏑–
*παρὰ Σιμουντίοις ὀχετοῖς* ⏑⏑⏑ –⏑ –⏑⏑–

quos sequuntur hi
*πάλιν ἀνῆλθ᾽ ἐξ εὐτυχίας Ἀτρείδαις* ⏑⏑⏑ –⏑ –⏑⏑–⏑– –
*πάλαι παλαιᾶς ἀπὸ συμφορᾶς δόμων* ⏑ – ⏑ –– –⏑⏑–⏑–⏑–

cf. Hf. v. 764. Hel. 1451. Et reminiscere perraro in fine versus dactylicos catalecticos inveniri. — Sed videamus num quid pertineat ad rhythmum haec dipodiae dactylicae catalecticae et dactylotrochaicae catalecticae distinctio. Idem valet in logaoedicis trochaeus atque dactylus, cum

Digitized by Google

hic sit trium temporum non quattuor[29]). Est igitur trochaei *χρόνος πρῶτος*, ubi tria tempora dividuntur inter tres numeros, = 1 vel $\frac{4}{4}$, contra dactyli cyclii, ubi tria tempora dividuntur inter quattuor, $\frac{3}{4}$[30]). Sequitur ut sit

–⏑⏑–⏑⏑ vel idem catalectica

–⏑⏑–˘˘, ubi ultima longa tenditur ad integri dactyli spatium *τονῇ*,

$\underbrace{\tfrac{3}{4}\cdot 2+\tfrac{3}{4}+\tfrac{3}{4}}+\underbrace{\tfrac{3}{4}\cdot 2+\tfrac{3}{4}+\tfrac{3}{4}} = 6$ *χρόνοι πρῶτοι*,

sed idem

–⏑⏑–⏑ vel

–⏑⏑–˘

$\underbrace{\tfrac{3}{4}\cdot 2+\tfrac{3}{4}+\tfrac{3}{4}}+\underbrace{\tfrac{4}{4}\cdot 2+\tfrac{4}{4}} = 6$ *χρόνοι πρῶτοι.*

Cum igitur idem valeant –⏑⏑–˘˘ et –⏑⏑–˘ rhythmice, ***e re videtur non solum dactylicam dipodiam sed etiam dactylum cyclium coniunctum cum trochaeo catalectico numerare in choriambis.*** Nam –⏑⏑– sive est ortum e –⏑⏑–⏑⏑ sive e –⏑⏑–⏑ certo est sex temporum. — Sed monet Christ nos nescire, valeatne secunda choriambi e –⏑⏑–⏑⏑ nati longa idem atque praecedens dactylus cyclius, id quod supra posui. Maluit eam appellare *μακρὰν μείζονα* de eius spatio accuratiore quaestione non instituta. Neque mihi talis quaestio absolvi posse videtur nisi modis musicis cantuque qui aderant carminibus, cognitis. Sed ne operae quidem pretium est eam absolvere quaestionem. Nam licet intersit aliquid inter *μακρὰν μείζονα* catalexi duarum et inter *μακρὰν μείζονα* catalexi unius syllabae ortas: multum sane non interest, immo tantulum quantum nobis licet neglegere. Quam ob rem et hanc –⏑⏑–˘˘ et hanc –⏑⏑–˘ formam nomino choriambicam. Sex vero illa tempora quae sunt huic choriambo cum sex temporibus moneo ne con-

[29]) vel cum uterque sit trium et dimidii temporum; sed et hoc modo infra ad idem duceris.

[30]) Apelius et Bellermann maluerunt certius definire spatia dactyli cyclii sic $\underline{1\frac{1}{2}} + \breve{\frac{1}{2}} + \breve{1}$.

Digitized by Google

fundas, quae voluere grammatici choriambo esse neque catalexeos habita ratione neque dactyli cyclii, sed consummatis *χρόνοις πρώτοις* binum longarum et binum brevium $\underset{-}{2}\underset{\smile}{1}\underset{\smile}{1}\underset{-}{2}$.

8. Absoluta de indole et vi choriambi quaestione agam de finibus vocabulorum cum finibus pedum congruentibus, qua re imprimis nititur Christ in ionicis choriambicis discernendis. Censet antem hunc versum

*Κρονίδα βασιλῆος γένος Αἴαν τὸν ἄριστον πεδ' Ἀχιλλέα*

esse ionicum, cum fines verborum congruant cum pedum ionice diviso versu

⏑⏑— | ⏑⏑–– | ⏑⏑–– | ⏑⏑–– | ⏑⏑–– |

non congruant choriambice

⏑⏑ | –⏑⏑– | –⏑⏑– | –⏑⏑– | –⏑⏑– | –; contra hos choriambicos

Sapph. fr. 76. H. *εὐ | μορφοτέρα | Μνασιδίκα | τᾶς ἀπαλᾶς | Γυριννῶς*

frg. 54. H. *Κρῆσ | σαί νύ ποτ' ὧδ' | ἐμμελέως | πόδεσσι*

*ὡρ' | χεῦντ' ἀπάλοις | ἀμφ' ἐρόεν- | τα βωμόν*

*πό | ας τέρεν ἄν- | θος μαλακὸν | ματαῖσαι*

A. Spt. v. 324. *ὑπ' | ἀνδρὸς Ἀχαι- | οῦ θεόθεν | περθομέναν | ἀτίμως*

S. Trach. v. 849. *ἁ | δ' ἐρχομένα | μοῖρα προφαί | νει δολίαν | καὶ μεγάλαν | ἄταν*

S. OR. v. 489. *ἢ | τῷ Πολύβου | νεῖκος ἔκειτ' | οὔτε πάροι- | θεν ποτ' ἔγωγ' | οὔτε τανῦν | πω*

S. El. v. 833. *εἰ | τῶν φανερῶς | οἰχομένων | εἰς Ἀίδαν | ἐλπίδ' ὑποί- | -σεις κατ' ἐμοῦ | τακομένας | μᾶλλον ἐπεμ- | βάσει*

Sed ponit Christius poetas re vera id studuisse, ut congruerent fines pedis et vocabuli. Quod non fecere. Vide Ag. ꞁ02.

| | |
|---|---|
| *μάντις ἔκλαγ \| ξεν προφέρων \|* | *πανσανέμου \| γὰρ θυσίας \|* |
| *Ἄρτεμιν, ὥς \| τε χθόνα βάκ- \|* | *παρθενίου \| θ' αἵματος (αὐ- \|* |
| *τροις ἐπικρού \| σαντας Ἀτρεί- \|* | *δᾷ περιόρ \| γως) ἐπιθυ \| -* |
| *δας δάκρυ μὴ κατασχεῖν.* | *μεῖν θέμις; εὖ γὰρ εἴη.* |

ubi in duodecim choriambis septies non clauditur pes una cum vocabulo. Usum poetarum hac in re ut noscerem, di-

Digitized by Google

numeravi quotcunque potui choriambos certos. Qua in re visum non est meras caesuras numerare, in quibus congruebant fines vocabulorum pedumque; sed ut esset vocabulum vere choriambicum, necesse est visum *neque initium* neque finem choriambi indicere in medium vocabulum, ita ut utrobique ut ita dicam claudatur vocabulum. Sic re instituta plane aliud efficitur. Velut e his Callimachi versuum

*ἁ ναῦς* |] *ἃ τὸ μόνον* | *φέγγος ἐμὶν* | *τὸ γλυκὺ τᾶς* | *ζοᾶς*
*ἅρπα* |] *ξας · ποτί τε* | *Ζανὸς ἱκνεῦ* | *μαι λιμενο-* | *σκόπον*

sex choriambis (nam sic dividendos esse versus

– –, – ⏑ ⏑ –, – ⏑ ⏑ –, – ⏑ ⏑ –, ⏑ –

infra exponam) tres utrimque clausi sunt, et est fractura $\frac{3}{6}$; illa vera ratione, ex qua merae caesurae numerantur, habes fracturam $\frac{5}{6}$. Porro ubique vocabulum et pedem finita esse censui, ubi res erat de commissura compositi vocabuli velut *εὐ* | *υμνότατοι*, de compage augmenti vel reduplicationis et verbi ipsius (*ἔ* | *χρινα, βέ* | *βριθα*); contra locos, ubi finis pedis erat in medio nomine proprio (*Ὁμή* | *ρειον*), neutri generi, nec clausis nec non clausis adscripsi. Pariter atque de nominibus propriis de quattuor compluriumque syllabarum vocabulis minus severas leges valere notum; sed hoc omisi ne spinosior esset quaestio.

Hoc modo progressus inveni

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| e | 58 | Alcaei | choriambis | 18 |
| e | 51 | Sapphus | „ | 26 |
| e | 31 | Anacreontis | „ | 14 |
| e | 87 | Aeschyli | „ | 39 |
| e | 207 | Sophoclis | „ | 97 |
| e | 146 | Euripidis | „ | 48 |
| e | 115 | Aristophanis | „ | 55 |
| e | 695 | | choriambis | 297 utrimque clausos. |

Vides circiter dimidium omnium choriamborum utrimque esse clausos; ne dimidium quidem patitur caesuram geminam apud Pindarum; de Alexandrinorum versibus v. infra. — Adamant igitur poetae optimi pedem explere una

7

Digitized by Google

vel compluribus vocibus; non semper hoc faciebant. Quam ob rem choriambicae mensurae idonea finium vocum et pedum congruentia; tamen ubi non invenitur, non est necesse eam ob rem non sint choriambici versus. Quam ob rem de Sapphus versibus me agentem non plus dare huic argumento infra videbis. Imprimis autem favent choriambicae mensurae haec: primum cum pes choriambicus expleatur una voce choriambica ut *πανσανεμου*; sic respondent I. A. 1045.—1067. *Αιακιδαν-Μυρμιδονων*; posterioribus temporibus hunc usum increbuisse facile intelliget qui quamvis obiter Alexandrinorum et Horatii carmina choriambica conferet cum lyricorum versibus; — deinde cum caesura fiat post alterum quemque pedem, quam caesuram ut ponerent magis studuisse poetae videntur quam ut finis uniuscuiusque pedis idem esset atque vocabuli. Inveni in

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Aeschyli | 38 | versibus | 26ies | caesuram post binos pedes positam. |
| Sophoclis | 67 | versibus | 36ies | |
| Euripidis | 39 | versibus | 27ies | |
| Aristophanis | 22 | versibus | 16ies | |
| | 166 | | 105 | |

Hic denuo habeo, quo falsam esse demonstrem illam doctrinam qua statuuntur duo choriamborum genera, dactylicum et proprie choriambicum, -⏑⏑, — et -⏑⏑-. Nam si essent, tuo iure posueris dactylicos non esse utrimque finitos — ubi enim haec de dactylicis vel logaoedicis lex? —, sed choriambos veros. Sed in eis quoque versibus, quos id genus choriambicis constare potissimum censueris, saepius divellitur vocabulum in fine pedis; v. Spt. v. 919. *φίλογα|θὴς*, v. 929. *αὐ|τᾶς*, *αὐ|τᾷ*, *ἐτελεύ|τασαν*, Su. 545. *αἴ|σᾳ διατέμ|νουσα*, v. 554. *βαθυπλοῦ|τον*, Ag. 202. (supra exscripsi) OC. v. 510. *ἤ|δη*, v. 521. *ἤ|νεγκον*, El. v. 832. *ὑποί|σεις*, v. 836. *χρυ|φθέντα* Alc. 984. *ἀφύ|κτοισι* alios.

Denique moneo ne in vitium incidat, qui dinumerabit

asclepiadeos maiores similesque versus. Quos dimetiri licet primo aspectu tripliciter:

a b c

–⏑, –⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑–, ⏑– basis, 3 choriambi, diiamb. brachycat.
––, –⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑, –⏑, – pherecr. praemissis basi et 2 choriamb.
––, –⏑⏑, – | –⏑⏑, – | –⏑⏑, –⏑, – pherec. II., choriambus, pherecr. I.

Vides choriambum b ubique manere, cum de primo et novissimo sit controversia. Ab eis vero pedibus, qui quin choriambi sint non est dubium, proficiscendum est in dinumeratione; nam nisi antea certos choriambos utrimque clausos esse a poeta de quo agitur, erit demonstratum, non licebit quidquam argumenti de incertis petere a caesuris geminis. Horatius igitur ex. c. choriambum b semper explevit vel uno vel compluribus vocabulis caesura ante et post cum facta, velut vītĕ prĭŭs, Tībŭrĭs ĕt dīffŭgĭūnt, prōdĭgă pēr | lūcĭdĭōr. Sed ne credas Venusinum in hoc pede Alexandrinorum de quo infra dicetur morem secutum si a et c et ipsos choriambicos voluisset esse pedes, ne ibi quidem fracturam ut ita dicam vocabulorum esse admissurum; quod cum non fecerit, — nam in 32 versibus (I. 11. 18. IV. 10.)
choriambus a 15ies (bis in nomine proprio) } passus est
„ c 16ies (sexies in nomine proprio) } fracturam —
non item primam ultimamque partem versus esse choriambicam, sed logaoedicam

––, –⏑⏑, – | –⏑⏑– | –⏑⏑, –⏑, –.

Quid enim, si Horatius illas incisiones, quae sunt post a et ante c, non eas esse voluit, quibus vocabulum choriambicum segregaretur ab aliis, sed caesuras quas proprie dicimus, quibus versus quasi fulciter parvis interiectis ad respirandum pausis? Potest igitur Horatius ante et post b choriambum vocabula finivisse cum non pedem choriambicum vocabulo explendum esse censeret. Sic si res se haberet, nihil inde lucraremur. Neque quomodo se habeat diiudicari posse mihi videtur.

9. Gravissimum porro est in discernendis versibus argumentum, quo vetamur cohaerentia, velut praepositionem vel



Digitized by Google

articulum et nomen divellere, et iubemur rationem habere interpunctionum imprimis graviorum. Huc referenda vocabula in finibus versuum collocata quae cum saepius non sint integra putandum est versum recte non esse divisum. Velut vide quomodo Sept. v. 703. sqq. K. se habeant choriambice quomodo ionice divisi:

| ⏑––⏑–,–⏑⏑⏑– | ⏑––⏑––,⏑⏑––– |
|---|---|
| *πέφρικα τὰν ὠλεσίοι-* | *πέφρικα τὰν ὠλεσίοικον* |
| *κον¦ θεὸν οὐ θεοῖς ὁμοί-* | *θεὸν οὐ θεοῖς ὁμοίαν* |
| *αν¦ παναληθῆ κακόμαν-* | *παναληθῆ κακόμαντιν* |
| *τιν¦ πατρὸς εὐκταίαν Ἐρι-* | *πατρὸς εὐκταίαν Ἐρινὺν* |
| *νὺν¦ τελέσαι τὰς περιθύ-* | *τελέσαι τὰς περιθύμους* |
| *μους¦ καταρὰς Οἰδιπόδα κτλ.* | *καταρὰς Οἰδιπόδα κτλ.* |

10. Contra ne plus tribuamus cavendum eis qui contendunt versus choriambicos vicinos ionicis eam ob ipsam rem esse non vere choriambicos, sed ionicos cum anacrusi. Nam non fuit adhuc qui demonstraret ionicos choriambicosque versus non vicinum tenere locum; velut vide Bacch. 370. sqq. Tamen concedo hoc raro fieri, et versus quos affert ex. c. Christ § 550., plerumque huc non cadunt. Nam ubi non est, cur mutetur numerus, imprimis ubi, id quod saepius fit, unus vel duo versus huius formae

⏑⏑–⏑––⏑––

coniunguntur cum logaoedicis, eos non ionicos cum anaclasi

⏑⏑–⏒,⏓⏑––

censui, sed trochaico-logaoedicos cum basi pyrrhichia

⏑⏑,–⏑–⏑–⏓

ratus anaclasin non posse admitti nisi ubi vicinis puris ionicis rhythmus fiat dilucidus. Velut v. Thesm. v. 352. sqq.

⏑–⏑ – ⏑ ⏔⏑ –
⏑–⏑ ⏔ ⏑ – –
⏑–⏑ – ⏑ – –
⏑⏑–⏑ – ⏑ – – 355
⏑–⏑ — –⏑⏑–
–⏑⏑– –⏑⏑––⏑⏑–
–⏓ – ⏑⏑–⏑ –
–⏓ – ⏑⏑–⏑ – *κτλ.*

ubi interiecti versiculi ionici 355. nulla cognoscitur causa. Aliud exemplum est Rhes. 364. Monui expressis verbis mihi hos versus videri logaoedicos, quod hac mensura probata multo minuitur numerus choriamborum cum ionicis coniunctorum. — Tamen hi ipsi

versiculi dubito an ionice sint dimetiendi in dactyloepitritorum vicinia. Quorum exemplum extat vesp. v. 273. sqq., ubi cinguntur ionicis versibus logaoedi admixtis dactyloepitritis. Nam et v. 273. et versus antistrophae 282.

*τί ποτ᾽ οὐ πρὸ θυρῶν φαίνετ᾽ ἄρ᾽ ἡμῖν ὁ γέρων οὐδ᾽ ὑπακούει;*
*τάχα δ᾽ ἂν διὰ τὸν χθιζινον ἄνθρωπον ὃς ἡμᾶς διέδυ πως;*

pro argumento tantum absunt a choriambico rhythmo quantum abesse videntur vv. 280./1.—289./90 a logaoedico:

*λίθον ἕψεις ἔλεγεν* *ὃν ὅπως ἐγχυτριεῖς* (⏑⏑, –́, –́⏑⏑, –́)
*ἴπαγ᾽ ὦ παῖ ὕπαγε* *ὕπαγ᾽ ὦ παῖ ὕπαγε* ⏑⏑⏑–, ⏑⏑–

Adde quod sequens stropha ionici est numeri, ita ut optime coniungantur prior antistropha et sequens stropha ionicis illius novissimis versibus.

11. Ictu iubet niti in discernendis ionicis et choriambicis Godofredus Hermannus. Nam ubi versus sint ionici a minore, priori binum longarum esse ictum principalem, ubi sint choriambici, posteriori

⏑⏑–̋–́⏑⏑–̋–́⏑⏑–̋–́
–̋⏑⏑–́–̋⏑⏑–́–̋⏑⏑–́ , v. El. d. m. p. 494.

Iam si ictus dandus erit ionice divisis versibus vocabulo levi, ut praepositioni, articulo, inde mensuram falsam esse facile conicias. Sed alii dissentiunt ab Hermanno et ictum principalem malunt esse in altera longarum, cum medium teneant et Christ, qui solere hos ictus esse censeat –̋⏑⏑–́, sequentibus autem ionicis hos –́⏑⏑–̋, et Gleditsch 544. Nos hoc reputemus choriambum non esse pedem singularem, sed constare duobus pedibus dactylicis. Quorum alterum cur dignum habeamus ictu fortiore, non est, quantum video. Quam ob rem in versu

*ὁ Δάλιος εὔγνωστος* ⏑ –⏑⏑, – ––

syllabae *εὐ* - maius *spatium* facile concedam, non *ictum* imparem ictui syllabae *Δα* -. Tamen alia res videtur fuisse continuatis choriambis, quibus sane ne ipsis quidem fiunt singuli pedes loco compositorum, sed videntur fier cion-

Digitized by Google

tinuatione. Ubi re vera ictus –″⏑⏑–′ fuisse censeo collatis his locis, ubi –′⏑⏑–″ ictus falsos esse cum incidant in verba leviora, facile perspicitur: Ae. Su. v. 59. *δοξάσει τις ἀκούειν ὄπα τῆς Τηρείας*

ant. *ξυντίθησι δὲ παιδὸς μόρον ὡς αὐτοφόνως*

ubi ineptum est aliquo enuntiare impetu vocabula *τῆς*, *ὡς;*

Ag. 202. *μάντις ἔκλαγξεν προφέρων Ἄρτεμιν, ὡς*

ubi res est de Diana; et similiter res se habet in antistrophae vocabulo *πανσανέμου,*

S. El. v. 832. *ποῦ ποτε κεραυνοὶ Διὸς ἢ ποῦ φαέθων Ἥλιος, εἰ*

Phil. v. 882. *ἄλλον οὔτιν' ἔγωγ' οἶδα κλύων*

Tamen his locis non tribuerim vim maiorem, cum sint alii alterius generis, velut

S. El. v. 488. *ἥξει καὶ πολύπους καὶ πολυχεὶρ ἁ δεινοῖς*

– – –′⏑⏑–″ –′⏑⏑–″ – – –

Sed accedit alterum; consentaneum enim est in numero descendente logaoedico, cuius pars choriambi sunt, his quoque numerum descendentem fuisse –″⏑⏑–′, quotiens fuerant continuati; imprimis non possunt fuisse ictus –′⏑⏑–″ ubi additur clausula descendens –⏑⏑–⏑–⏑. Neque numerus descendens abiudicandus videtur esse a choriambis quos sequuntur ionici; nonne enim transitus ad illos fit tunc quoque, cum ictus sint –″⏑⏑–′, simodo altera ultimi choriambi longa tenditur ultra spatium quod eius est proprium? Sed hoc liceat iniudicatum relinquere.

12. Iam venio ad diiambi et ditrochaei cum choriambo cognationem vel commutationem, de qua quid grammatici sentirent exposui primo dissertationis capite. Censebant autem ut quae ibi exemplis illustravi, hic repetam paucis, diiambum esse cum choriambis *μικτὸν κατὰ συμπάθειαν,* ditrochaeum *κατ' ἀντιπάθειαν.* Recentioribus porro non solum coniungi diiambus visus est cum choriambo sed etiam commutari collatis nonnullis Anacreontis et Aristophanis locis. De his et de commutatione neque in enchiridio Hephaestionis neque alibi legitur quidquam; sed quin

Digitized by Google

veteres ab eis sint progressi, dubium non est cum aliter quomodo factum sit ut versum

-⏑⏑-, ⏑⏑⏑-, -⏑⏑-, ⏑⏑⏑

choriambicum putarent intellegi non possit. — Contra ab Apelio meminerint qui legent hanc mutationem prorsus esse negatam; idem cum Boeckhio syllabas fini adiectas ⏑-- non diiambum catalecticam esse cognoverat. Quae vero O. Meissner de diiambo choriambis praemisso protulit philol. v. X., supra data opera omisi; nam aperte sunt falsa; qua de re consule Christ § 545. et Westphal ³1 praef. p. XXXI.

Qua pro dissensione virorum doctorum antequam quid valeat in discernendis versibus illa commutatio, consideremus, num omnino sit perquirendum. Vidimus supra choriambum partem esse logaoedici versus; item pars logaoedicorum versuum sunt trochaei vel praemissa his anacrusi iambi. *Sequitur ut choriambus non coniungatur cum ditrochaeis (diiambis) κατὰ συμπάθειαν* vel *κατ' ἀντιπάθειαν* nescioquam, quam hariolantur veteres sed *quod pariter atque choriambis (di)trochaeus*[31]) *(vel diiambus* ⏑, -⏑, —*) pars est logaoedici metri.* Velut apud Sophoclem in Philocteta hi sunt versus

*εἴ συ τὰν ἐμοὶ στυγερὰν* -⏑⏑-⏑⏑⏑-

*Τρῳάδα γᾶν μ' ἤλπισας ἄξειν* -⏑⏑- -⏑⏑- -

ubi cur tandem illud *εἴ συ τὰν ἐ* — factus est ditrochaeus ex choriambo? Nonne optime sine ulla anaclasi — quam volunt hanc esse

—⏑⏑— —⏑⏑—

⏑⏑⏑⏑— —⏑⏑⏑⏑

⏑—⏑— —⏑—⏑ —

se habet versus, quo ut augeatur impetus animi Philoctetae, aptissime describitur facto transitu a trochaeis ad

[31]) Vocis ditrochaei syllabam primam uncis inclusi, quod non solum ditrochaei inveniuntur coniuncti cum choriambis, sed etiam trochaei et aliae formae; v. infra.

Digitized by Google

dactylos –⏑, –⏑, –⏑⏑, –? Falsa doctrina nulla alia re est orta nisi perversa illa tetrasyllaborum pedum divisione –⏑–⏑, –⏑⏑–. Sed semper cavendum est ne hunc veterum morem secuti duos trochaeos neve ipsum choriambicum pedem qui bipartitus est, unum pedem censeamus. Rem planam faciam exemplo e Lysistrata petito, ubi v. vv. 323. sqq. Respondent vero inter se

*ἀλλὰ φοβοῦμαι τόδε μῶν ὑστερόπους βοηθῶ*
*ὡς πυρὶ χρὴ τὰς μυσαρὰς γυναῖκας ἀνθρακεύειν.*

Quos cave sic dividas tetrasyllabis pedibus statutis

a b
–⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑–, ⏑–⏓,
–⏑⏑–, –⏑⏑–, ⏑–⏑–, ⏑–⏓.

Hoc sane modo sibi respondent diiambus et choriambus, nec logaoedica potet videri cuiquam prioris versus clausula –⏑⏑, –⏑, –⏓. Nam propter ipsum respondentum diiambum sibi videbantur cogi viri docti secundam clausulae longam coniungere cum dactylo praecedente –⏑⏑–, ⏑–⏑. Sed res falsa est vel eam ob causam, quod anaclasis eo quod supra dixi modo non potuit nasci; nam longae dactyli non solvuntur neque recte divellitur choriambus sic –⏑ | ⏑– ut constet trochaeo et iambo. Rossbach vero nixus bipartito choriambo, dactylico scilicet, primus non diiambum respondere choriambo

–⏑⏑–
⏑–⏑–, sed amphibrachyn dactylo respondere contendit
–⏑⏑, –
⏑–⏑, – integra relicta altera syllaba longa, cui sane nihil commune cum dactylo priore. Iam commutatur hac re tota quaestio. Nam illi Lysistratae versui non est choriambus in clausula catalectica hac

. . . . . . . . . . –⏑⏑–, ⏑–⏑
. . . . . . . . . . ⏑–⏑–, ⏑–⏑

sed est clausula logaoedica *πρὸς ἑνὶ* hac acatalecta

–⏑⏑|–⏑|–⏑

cuius dactylus commutatur cum amphibracho

⏑–⏑|–⏑|–⏑.

Non iam igitur e respondentibus his formis efficitur, esse
–⏑⏑–⏑–⏑ dividendum
–⏑⏑–, –⏑⏑
sed utraque logaoedica tripodia ––⏑ –⏑ | –⏑ est *πρὸς ἑνὶ*
⏑––
*δακτύλῳ* vel *πρὸς ἑνὶ*, ut ita dicam, *ἀμφιβράχει*. Aliud exemplum esto carmen Anacr. 19. H. ubi tertius quisque versus est iambicus ut

*κίβδηλον εὑρίσκων βίον.*

Qui cum logaoedicus esse non videretur, choriambice divisus est propter choriambos qui in initio versuum praecedentium leguntur

⏑–⏑–, ⏑–⏑–
= –⏑⏑–, –⏑⏑–;

sequebatur ut plane eiusdem formae clausulae, quae sunt ex. c. in vv. 1. et 2., et ipsae essent choriambicae, ut

*πρὶν μὲν ἔχων βερβέριον, καλύμματ' ἐσφηκωμένα*
–⏑⏑–, –⏑⏑–, ⏑–⏑–, ⏑–⏑–

id quod fulciri visum est eis versibus, quibus tertia in sede est choriambus, ut v. 9.

*κἀθελοπόρνοισιν ὁμιλέων ὁ πονηρὸς Ἀρτέμων*
–⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑–, ⏑–⏑–.

Sed Rossbachii mensura adhibita neque tertius quisque versus est iambicochoriambicus, sed logaoedicus

⏑––⏑, –⏑–⏑–
–⏑⏑

neque est clausula iambicochoriambica, sed sic dimetienda

–⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑, –⏑ –⏑–
⏑––⏑

Vides hac doctrina grammaticorum sententiam plane labefieri, neque iam, id quod nostra interest, esse illam responsionem diiambi et choriambi; qua re destituimur eo adminiculo, quod principale fuisse Hermanno in versibus discernendis supra dixi. — Tamen, si Rossbachium sequimur, versus formae huius

⏑–⏑– –⏑⏑–
*Ἔρως ἀνίκατε μαχάν*

qui saepissime inveniuntur, nihilominus sunt choriambici dimetri; nam commutato amphibracho in dactylum fit - - ⏑ ⏑ - - ⏑ ⏑ -. Qua in re ansam esse refutandae doctrinae, statim videbis; neque quae protulit ille ad rem confirmandam, mihi satisfaciunt. Nam provocavit ad vetustatem metri logaoedici, qua licentiam illam illustraret, et ad carminis Heiniani quod die Loreley inscribitur, versus aliquos, ubi simile aliquid reperitur, J. H. H. Schmidtium adversarium nisi fallor, hac in re tacens secutus; non falso sane; sed hoc argumentum sat languidum est, illo vero nixis nobis quaslibet licentias licet dare logaoedicis, cum ratione et via progredi nemini videamur. — Mihi vero a Gleditschio p. 753. potissimum instructo visi sunt versus qui incipiunt a diiambo ⏑ - ⏑ - - ⏑ ⏑ -, sic dimetiendi esse, ut praecedat anacrusis, sequatur trochaeus et syllaba *μακρὰ μείζων* ⏑, - ⏑, —, - ⏑ ⏑, -. Quae mensura, logaoedica scil., vide ne unice vera sit pro natura logaoedica choriamborum. Nam solus convenit rhythmus descendens trochaicus ad descendentem dactylicum, cum ascendens iambicus cum dactylico coniunctus oleat arrhythmiam. Quae res dilucida fit imprimis solutis pedibus. Velut J. A. vv. 1137.—1169.

*μετά τε φιλοχόρου κιθάρας*
— *θίασος ἔμολεν ἱπποβάτας*

non dubito sic recitare

⏑⏑⏑, ⏑⏑⏑, - ⏑ ⏑, -, i. e. - ⏑, - ⏑, - ⏑ ⏑, -

non sic, voce quasi impedita in enuntiando

⏑ ⏑⏑, ⏑ ⏑⏑, - ⏑ ⏑, -, i. e. ⏑ -, ⏑ -, - ⏑ ⏑ -

Ei vero qui aspernantur *τονὴν* pedis secundi versus *Ἔρως ἀνίκατε μαχάν,* qua fit ex diiambo sex temporum ordo logaoedicus septem ⏑ | - ⏑ | -, aspernari videntur omnia, quae de hac re demonstrata sunt studiis huius saeculi metricis. Ubi enim est qui in versu Sept. 922. *πάρεστι δ' εἰπεῖν ἐπ' ἀθλίοισιν*

coniunctum dicat diiambum cum tripodia trochaica

⏑ - ⏑ -, - ⏑ - ⏑ - ⏑?

Digitized by Google

Sane omnes dicent esse versum

⏑, – –⏑, —, – –⏑, – –⏑, – ⏓

sive mavis iambice ⏑ –, ⏑ —, –, ⏑ –, ⏑ –, ⏓. En agite! Quid est discriminis inter

⏑ | – ⏑ — | – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏓ et inter

⏑ | – ⏑ — | – ⏑ ⏑ – ?

Illius versus certo initium non est positum loco trochaicae dipodiae facta ‚hyperthesi', quam voluit Rossbachius, nescioqua; cur est huius? Nonne qui hoc contendet, eidem videbitur noxius vitio atque qui

⏑ – ⏑ –, – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ex

– ⏑ – ⏑, – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑

natum esse censebit? — Sed habeto sic se res; paullulum concedam. Tamen qui commutationem volent, aliis statim implicabo difficultatibus. Non enim sunt solum versus ⏑ – ⏑ –, – ⏑ ⏑ –, qui constant diiambo et choriambo, sed hi quoque – – ⏑ – ⏑ ⏑ –

– ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑

– ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑

– ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ –

vide Gaisfordii copias p. 53. exscriptas et meas p. 129. Num igitur coniungitur choriambus cum palimbacchio, cum iambo, cretico, cum quovis denique pede atque id in strophis logaoedicis? Et quibuscum coniungitur, cum iisdem fortasse commutatur interdum, ut rem esse dicunt in diiambo et choriambo? Minime gentium; nam hoc adeo caret veri similitudine ut non sit cur refutem. Immo necesse est hos pedes dimetiamur logaoedice, cum sint pedes versuum logaoedicorum, ut

⏓ | – ⏑, – ⏑ ⏑, –

– ⏑, – ⏑ ⏑, — –

– ⏑, —, – ⏑ ⏑, –

– ⏑, – ⏑ ⏑, – ⏑ ⏑, –

Sed si hos dividimus logaoedice, quidni item diiambum

⏑, – ⏑, —, – ⏑ ⏑, – ?

Digitized by Google

Cur dignus qui excipiatur, praesertim cum apud Euripidem ⏑⏑–– –⏑⏑– cum brevioribus illis versiculis coniunctum legatur non nunquam? — Accedit aliud. Duo extant versus Aeschyli apud Ar. in ran. 1264. 1269/70 dactylici, qui item incipiunt a ⏑⏑––:

*κυδίστ' Ἀχαιῶν Ἀτρέως πολυκοίρανε μάνθανέ μου παῖ*

⏒⏑––, –⏑⏑ –⏑⏑ –⏑⏑ –⏑⏑ –⏒

*Φθιῶτ' Ἀχιλλεῦ, τί ποτ' ἀνδροδάϊκτον ἀκούων*

⏒⏑––, –⏑⏑ –⏑⏑ –⏑⏑ –⏒

quibus demonstratur *praemitti* sane dactylicis ⏑⏑––, non *idem valere* atque sequentes duos dactylos vel potius sequentes quattuor syllabas, quibuscum possit commutari diiambus. Nam qui commutationem adamant, videant quo modo eam perficiant. Sane in versibus ut est Ai. 701.

*ἐμοὶ ξυνείη διὰ παντὸς εὔφρων*

nil eis laboris:

⏑⏑––, –⏑⏑–, ⏑–⏒

sed qui hic fit? Nascitur hic mirus versus facta commutatione

–⏑⏑–, –⏑⏑– | ⏑⏑– ⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑––

⏑–⏑–

Anapaestorum vero sequentium choriambos neque ulla est ratio, neque invenitur exemplum. Similis res est in Eccl. vo. 978.

*καὶ ταῦτα μέντοι μετρίως πρὸς τὴν ἐμὴν ἀνάγκην,*
*εἰρημέν' ἐστίν· σὺ δέ μοι, φίλτατον, ὢ ἱκετεύω,*

quos Luthmer sic dimetitur pp. 32. 82.

⏑⏑––, –⏑⏑–, ⏑⏑––, ⏑⏑–
⏑⏑––, –⏑⏑–, –⏑⏑–,    ⏑⏑––

et miratus in eodem *στίχῳ* choriambum coniunctum esse cum ionico probat Blaydesii coniecturam qua tollatur haec offensio. Recte miraretur, si res sic se haberet; sed sanus est locus

⏒, –⏑, —, –⏑⏑, –⏑ –⏑   –⏑   –⏑
⏒, –⏑, —, –⏑⏑, —, –⏑⏑, –⏑⏑, –⏒;

Digitized by Google

(sive mavis quattuor versus

⏑, –⏑, —, –⏑⏑, –
⏑, –⏑, –⏑, –⏓
⏑, –⏑, —, –⏑⏑, –
–⏑⏑, –⏑⏑, –⏓ )

In priori enim versu dactylum sequuntur trochaei; in altero sequuntur dactylos duos vel dactylotrochaeum, cui choriambi est forma, iterum dactyli; sed ionicus non inest. Vides quas ad nugas ducaris probata illa diiamborum doctrina. — Denique non dispicio quae res videatur Rossbachio esse velut Ach. v. 1150—62.

*Ἀντίμαχον τὸν Ψάκαδος τὸν ξυγγραφῆ τὸν μέλεων ποιητήν*
— *τοῦτο μὲν αὐτῷ κακὸν ἕν· κᾆθ' ἕτερον νυκτερινὸν γένοιτο*

–⏑⏑– –⏑⏑– ⏑⏑⏑– –⏑⏑– ⏑⏑⏑
–⏑⏑– –⏑⏑– –⏑⏑– –⏑⏑– ⏑⏑⏑

(ubi, qui illud *τὸν ξυγγραφῆ* glossam esse voluerunt, qua qui esset Antimachus acrius definiretur, hanc in opinionem non futurum fuisse habeo persuasum ut inciderent, nisi metrica eis fuisset offensio; nam *τὸν ξυγγαφῆ* non magis suspicionem movet quam *τὸν μελέων ποιητήν*.) Nam Rossbachius commutationis amphibrachi et dactyli licentiam expressis verbis cohibet intra p r i m i cuiusque pedis syllabas tres, cum hic (et Phil. vv. 1136.—1160.) alter patiatur *ὑπέρθεσιν*. Sane parum sibi constans statim idem addit hanc figuram

–⏑⏑–⏑ –⏑– | –⏑⏑⏑⏑⏑⏑–. —

Sunt dimetiendi versus Aristophanei sic

–⏑⏑, —, –⏑⏑, –⏑, –⏑, —, –⏑⏑, –⏓, –⏑ (a)
–⏑⏑, —, –⏑⏑, —, –⏑⏑, —, –⏑⏑, –⏑, –⏑

et, ut redeam unde sum egressus, versus formae ⏑–⏑⏑ –⏑⏑– quibus respondet choriambicus dimeter, sic

⏑, –⏑, —, –⏑⏑, — (b)
–⏑⏑, —, –⏑⏑, —

Nam *respondere* has formas si negarem, stultus essem; sed *neque respondet choriambo diiambus pro choriambo positus neque dactylo amphibrachys*, sed, simodo dividimus choriambi duos pedes et catalexi interiore syllabas excidere tenemus, in exemplo priore (a)

Digitized by Google

| | | | |
|---|---|---|---|
| dactylus<br>dactylo | trochaeus<br>longae trium temporum | trochaeus<br>dactylo | longa 3 temporum<br>longae 3 temporum |

in posteriore (b)

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| anacrusis | trochaeus<br>dactylus | l. 3. t.<br>l. 3. t. | tr.<br>d. | l. 3. t.<br>l. 3. t. |

Iam non licet dicere commutari cum diiambo choriambum nisi breviloquentia aliqua, quae est ex usu; sed rhythmica res alia est. — Neque in responsione pedum

– ⏑ ⏑       – ⏑ ⏑<br>
         vel<br>
– ⏑         – ⏑

quemquam spero offensurum, quae non mira est, cum idem valeat uterque pes; contra vereor ne existant qui Gleditschium meque eum secutum vituperent propter respondentem versum cum anacrusi versui qui caret anacrusi. Sed ne haec quidem licentia adeo aliena esse videtur a logaoedicis, ut inde nos profectos totam de his versibus doctrinam commutare oporteat, cum non saepe apud Anacreontem et Aristophanem,[32]) perraro ne dicam nunquam apud tragicos inveniatur ceterosque lyricos poetas; nam velut in Philoctetae stropha in qua inest illud *μηκέτι μηδενὸς κρατύνων* v. 1160., alii quoque versus non ut oportet respondent. — *Falsa igitur est illa quae fuit pervulgata in multos vv. dd. opinio, ex qua saepissime diiambus inveniatur atque id apud optimum quemque poetam pro choriambo positus.* — Sequitur ut versus qui incipiant a pedibus

---

[32]) Ceterum ne hic quidem dubito plausibili coniectura ubi restituitur vera responsio, eam accipere; velut vesp. 526. lege *νῦν δὴ τὸν ἐκ* — 631. *οὐπώποθ' οὕτως.* Neque versui Lys. 338. graviter corrupto bene consulere videntur qui scribi iubeant *ὡς τριτάλαντον τὸ βάρος* – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – respondente

⏑ ⏑⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ –

Eadem in stropha cur legatur *σὰς πολιοῦχ'* non est causa. Lege *πολιοῦχε σάς.*

solutis ⏑⏑⏑⏑–, ⏑⏑⏑⏑⏑–, neque sint dividendi ≃⏑⏑–, ≃⏑⏑≃, nam longae dactylorum non solvuntur, neque –≃⏑–, –≃⏑≃, nam non est diiambus, sed ⏑, ≃⏑, —, ≃⏑≃⏑.[38])

Unum addam in fine huius paragraphi, cogitari posse de aliorum poetarum hac in re usu alio ita ut eadem forma ⏑⏑⏑– –⏑⏑– modo sit dividenda ⏑, –⏑, —, –⏑⏑–, modo ⏑⏑⏑–, –⏑⏑–, clausula vera –⏑⏑⏑⏑⏑⏑ modo –⏑⏑, –⏑, –⏑, modo –⏑⏑–, ⏑⏑⏑. Et recte cogitatur. Nam re vera Alexandrinis poetis Hephaestionis de diiambo doctrinam tritam fuisse cognoscemus. Tamen huius usus velut apud Aristophanem nullum inveni indicium plausibile; neque si invenissem, plus ei tribuissem propter arrhythmiam.

Haec habui quae dicerem de adiumentis, quibus uti licet in discernendis versibus choriambicis logaoedicis ionicis aut non licet. Obiter hoc addam, paucos anapaesticos versus a vv. dd. falso esse divisos choriambice. Velut Prom. vv. 143. sqq., de quibus v. Rossbach [3]III., 2., p. 701.:

| | |
|---|---|
| *αἰαῖ αἰαῖ* | ‒‒ — — — |
| *τῆς πολυτέκνου Τηθύος ἔκγονα* | ⏕ ⏓́ ⏕– ⏕ ⏓́ ⏕ ⏓́ |
| *τοῦ περὶ πᾶσάν θ᾽ εἱλισσομένου* | ⏕ ⏓́ ⏕– ⏕– ⏑⏑– |
| *χθόν᾽ ἀκοιμήτῳ ῥεύματι παῖδες* | ⏑⏑– ⏕– ⏕ ⏓́ ⏕– |
| *πατρὸς Ὠκεανοῦ* | ⏑⏑– ⏑⏑– |
| *δέρχθητ᾽, ἐσίδεσθ᾽ οἵῳ δεσμῷ* | ⏕– ⏑⏑– ⏕– ⏕– |
| *προσπαρτὸς ἐγὼ* | ⏕– ⏑⏑– |

[33]) Versum Pindaricum aliquem v. p. — Solutiones longarum tum demum increbuere, ubi falsae vigere coepit de choriambi origine sententia, tempora dico grammaticorum qui exempla versum cum pedibus solutis sibi fingebant quae attuli in primo capite. Ceterum pariter ut solutiones vitabat poeta optimus contractiones duarum brevium. Nam molossus qui visus erat vv. dd. pro choriambo positus, non est molossus proprius sex temporum, sed idem valet rhythmice atque tres trochaei; velut v. S. El. 472. *εἰ μὴ 'γὼ παράφρων μάντις ἔφυν καὶ γνώμας* dividendus est –⏑, –⏑⏑, —, –⏑⏑—, — — —, non

‥, –⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏕⏑–

Vide de hoc versu G. Hermann p. 421., Dindorf. in Scaen. Christ. §§ 529. ann. 530. ann.

Digitized by Google

*τῆς δὲ φάραγγος σκοπέλοις ἐν ἄκροις* ⏔⏔ ⏑ ⏔⏔ - ⏑⏑- ⏑⏑-
*φρουρὰν ἄζηλον ὀχήσω* (-⏑⏑-, -⏑⏑-⏑⏑-) ⏔ - ⏔⏑⏑- ⏑⏑-

O. C. vv. 176.—192., praecedentibus anapaestis (cf. Christ. §. 542.)

*οὔτοι μήποτε σ' ἐκ τῶνδ' ἑδράνων* ⏔-, ⏔⏔, ⏔-, ⏑⏑-,
*ὦ γέρον ἄκοντα τις ἄξει* ⏔⏔, ⏔-, ⏑⏑-, ⏓
*— αὐτοῦ μηκέτι τοῦδ' ἀντιπέτρου* (--, -⏑⏑-, -⏑⏑-,
*βήματος ἔξω πόδα κλίνῃς* -⏑⏑-, -⏑⏑⏓)

Alc. v. 132. *πάντα γὰρ ἤδη τετέλεσται* sequentibus anapaestis; quem versum falso choriambicum dixit Leutsch.

*Atque ut summam addam, haec invenimus: Sunt choriambici versus non proprii generis, sed logaoedici, et fit choriambus vel intercidentibus duobus dactyli posterioris cuiusque syllabis brevibus vel intercidente brevi trochaei, qui sequitur dactylum. Cognoscuntur versus choriambici imprimis argumento, interdum caesuris, vicinis versibus, cohaerentibus divulsis et alienis coniunctis alia adhibita mensura, ictu; non cognoscuntur diiamborum vel ditrochaeorum commutatione, quae non est, vel responsione.*

Ex his quae adhuc exposui adeo quid sentiam de legibus quas secuti sint poetae in choriambicis carminibus pangendis, apparet, ut pauca habeam quae de his addam; nec non de nomine choriambi pauca exponam.

13. De *catalexi* versuum choriambicorum vide G. Hermann. 422., 436.17., Dindorf. in Scaen., Christ. § 533. Logaoedice dividenda est ubique clausula; quae res non versatur in dubitatione ratione habita multorum eorum versuum, quibus est sine dubia logaoedicus finis; quibus illustratur reliquorum quae per se dubia fuerit cuipiam, mensura. Nec non natura choriambi suadet logaoedicam mensuram. Divisarum clausularum specimina vide in tabula infra confecta. Hic breviter moneam versus desinentes in

-⏑⏑- non esse acatalectos, sed catalecticos
-⏑⏑-⏑ non esse hypercatalectos, sed acatalectos

Digitized by Google

-⏑⏑-⏑-⏑ non esse brachycatalectos, sed catalecticos -⏑⏑-⏑-⏑⏑ non esse catalecticos, sed acatalectos. Clausulam -⏑⏑-⏑-⏑ quae saepissime invenitur, *κατὰ διποδίαν* metiri placet Christio -⏑⏑-⏑, -⏑ (§ 533.) Quod cur facerem causam non dispexi gravem. Idem de clausulae huius

*Θή-]βας ἐλελίζων* -]⏑⏑-⏑-

mensura pugnat cum Brambachio, cui haec visa erat -⏑⏑, -⏓; nam trochaeum non inesse in ea, cum ultima soleat longa esse. At est ultima; quam indifferentem esse cur est quod hic negemus? Sed etsi non videatur clausula illa trochaica, potius videatur logaoedica acatalecta -⏑⏑-⏑⏑-⏑ vel -⏑⏑-⏑-⏑ quam hypercatalecta, id quod voluit Christ; nam spreta iam logaoedicorum dipodica, ut hoc verbo utar, mensura non sunt pedes logaoedici hypercatalecti.

14. Similem ob causam hoc quoque improbaverim quod Christ § 540. dicit de eo pede quem factum esse censet ex anacrusi. Nam ⏑⏑ esse anacrusin, sed -⏑ et ⏑- pedes ex anacrusi factos contendit. Hoc sit rectum, etsi certius quidquam hac de re posse enucleari non credo. Sed porro coniungi vult Christ hunc pedem a poetis Atticis cum sequente dactylo cyclio sic *κατὰ διποδίαν*, ut fiat e

..., -⏑⏑, —, -⏑⏑, —, -⏑⏑, —.... hoc<br>
-⏑ -⏑⏑| — -⏑⏑| — -⏑⏑¦ —.... (p. 468.)

Quod falsum est. Non enim —, -⏑⏑ arte coniungebatur sed -⏑⏑ — ut unus videretur esse pes complereturque uno vel compluribus vocabulis; neque grammatici hoc quod voluit Christ, docent, nam non *κατὰ διποδίαν* rhythmice scandunt versus, sed quaternis quibuslibet syllabis in unum coactis; qua re fit e

..., -⏑⏑, —, -⏑⏑, —, -⏑⏑, —...<br>
⏓⏓ -⏑,⏑ - -⏑,⏑ - -⏑,⏑ - ....

15. *Nomina* haud pauca indita sunt metro de quo agimus, quorum aliud spectat originem pedis quam veram esse sibi persuaserant veteres, aliud nomen poetae a quo

8

potissimum metrum usurpatum esse notum erat, aliud carmina ad quae pangenda aptum erat. Inter vetustiora nomina reddenda sunt *κύκλιος*, de quo supra egi, et *βακχεῖος* (*βακχειακὸς* bacchicus bacchiacus, — *ὑποβακχεῖος*, nam pariter atque pedum ‒ ‒ ⏑ et ⏑ ‒ ‒ nomina confundebantur, (Heph. schol. p. 134.), utrumque nomen fuit pedi choriambico), quod nomen testatur Caesius Bassus tritum fuisse musicis. De cuius origine consule Ar. Quint. p. 37. *βακχεῖος δὲ* inquit *ἐκλήθη* (sc. *ὁ χορίαμβος*) *ἀπὸ τοῦ τοῖς βακχείοις μέλεσιν ἁρμόζειν*, et cf. locum e schol. Heph. B. petitum ubi de nominis bacchei proprie dicti origine haec p. 134. *ἐκλήθη δὲ οὕτως, ἐπειδὴ οἱ τῶν διθυραμβοποιῶν πρὸς Διόνυσον ὕμνοι ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐκ τούτου τοῦ μέτρου ἦσαν*. Et suspicatus sit recte aliquis revera fuisse choriambica carmina artissime cum Bacchi culta cohaerentia, quae spectaverint musici; nam non ex eis ad quae canenda *ἁρμόζει* metrum, accipit nomen, sed ex eis ad quae canenda revera usurpatur. Quorum carminum Christ vestigia ut ita dicam voluit extare Alcaei et Anacreontis carmina convivalia. Sed ubi in his acre illud et choriamborum probrium? Hilari sunt poetae haec carmina, non bacchantis; bacchantium autem et *ἐνθέων* versimile est fuisse illa *μέλη βακχεῖα*. Rectius igitur huc referas carmina Baccharum Euripidis; et melius quoque eorum natura illustratur versu dithyrambi Pindarici, ubi crebris dactyli longae syllabae solutionibus, quae alibi perraro inveniuntur, mirum quantum augetur vehementia et impetus numeri: fr. 3. (45) Boeckh.

v. 10. *τὸν Βρόμιον τὸν Ἐριβόαν τε καλέομεν· γόνον ὑπάτων μὲν πατέρων μελπέμεν.*

Nec non fuisse musicorum iam supra monui nomina *δάκτυλος κατὰ βακχεῖον, βακχεῖος κατὰ τροχαῖον, βακχεῖος ἀπὸ τροχαίου* (Ar. Quint., schol. Heph.). Quae sic censeo explicanda: usurpato nomine *βακχείου* ad ‒ ‒ ⏑ quoque appellandum illud *κατὰ τροχαῖον* vel *ἀπὸ τροχαίου* (intellige: incipiens, nam velut antispastus *βακχεῖος ἀπὸ ἰάμβου* vocatur)

addebatur ad melius discernendum choriambum a baccheo vel antibacchio quem nos dicimus. Et pariter pedi – ⏑ ⏑ – bacchiaco, quod a – ⏑ ⏑ incipiebat, dactylo nomen inditum, sed dactylo non proprie dicto, sed in pede bacchiaco – ⏑ ⏑ – obvio vel bacchiaco, et fiebat *δάκτυλος κατὰ βακχεῖον*. Inde lucem petere ad dactylicam choriambi naturam illustrandam non licere videtur.

Contra choriambi nomen poetis optimis non fuit notum. Quod probavit Christ, Metr. § 529. ann., cf. Verskunst d. Horaz p. 25., cuius ratiocinatio valde mihi arridet, cum revocaret ad ea tempora, ubi iam trochaeus quem nos vocamus pes choreus nominabatur, et ad usum bacchei nominis pedi trisyllabo inditi qui est obvius apud Dionys. Halic.; qui usus non potuit esse nisi nomine alio pedis, qui antea baccheus nominabatur invento, choriambico scilicet. His nixus argumentis tribuit Christ originem nominis aetati Ciceronianae, recte ut puto nisi quod dubito an usum nominis bacchei non statim sit secutus nominis choriambi usus, sed nominum illorum compositorum. Sed fortasse idem tempus et compositis nominibus et choriambi nomini potest dari, si modo illa fuerunt musicorum, hoc grammaticorum; quod diiudicari nequit. Res vero eam ob rem non nullius est momenti, quod videmus non solum mensuram illam plurimorum versuum choriambicam, quam perversam esse cognovimus, sed etiam nomen ortum esse aetate recentiore.

Denique commemoro nomen metri Philicii, quod affert Caesius Bassus. Philicus *εἷς ὢν τῆς Πλειάδος* (cf. Heph.) cum ipse in uno e fragmentis sic se nominet formaque nominis sit procul dubio vere graeca, missum faciamus illud Philiscus quod saepenumero codd. mss. exhibent. — Anacreonteum metrum choriambicus qui videbatur Varronianis versus

– –, – ⏑ ⏑ –, ⏑ –

nominabatur teste Caes. Bass. p. 259. K. Sed has quis-

